

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

172  
Bibliothèque  
de Genève  
Ms  
Cane  
171

185 p. de l. 1540 fait un 12° de 370 p. del. 28 Surbr. 28

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

4728

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

n  
n  
i-  
m



BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

*[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

ia

ur

vi-

m

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

ia

en

vi-

2m

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE



BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

o

ia

er

ri-

er

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

o

ia

en

vi-

m

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

6

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

o

ia

en

vi-

em

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE



BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

o

ria

9 -

lenr

ri-

em

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE





BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

o  
cia  
ri-  
em



§. 1. Nosce te ipsum aiebat Deus Delphicus  
suis insius & suorum officiosum

§. 2. Nosce sc. Puffendorffii: ec

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

§. 3. Obligatiois vel perfecta vel imperfecta.

§. 4. Lex pronuntiat actionem quamdam esse omittendam ex officio  
scilicet qui eam abstinet.

Puff

#-1.1.1.

(a

De Officio Hominis et Civis.Liber Primus.Caput Primum.De Actione Humanâ

- § 1 Homo ita est natura comparatus ut innatum sit ei felicitatis desiderium, quem finem ut consequi possit, imprimis in id incumbere debet ut accuratam consequatur sui ipsius notitiam.
- 2 Duplici autem potissimum respectu Homo considerari potest; 1<sup>o</sup> vel generaliter, quatenus sc. homo est, humanaeque Societatis membrum. 2<sup>o</sup> vel quatenus est civilis, (civilisque Societatis particeps.
- 3 Hinc bipartitus est Auctoris nostri Tractatus, Titulusque. Prima Pars agit de Officio Hominis. Altera vero de Officio Civis.
- 4 In eo Capite, Auctor exposuit naturam, actionum earum quae ad Juris prudentiam pertinent, et quae Objectum constituunt; earum actionum principia explicat, ac denique praecipuam Actionum Humanarum affectionem, nimirum imputationem.
- §. 1. 2.
- 5 Officium est Actio Hominis pro ratione, obligationis, ad praescriptum Legum rectè adtemperata.
- 6 Sub actionis nomine. huc quoque intelligitur Actionis omisio.
- 7 Officium autem in se, complectitur omnimodam, cum lege, convenientiam quod in definitione innuitur his verbis, rectè adtemperata.
- §. 2. 3.
- 8 Ut perfectè cognoscantur Actiones illae quae sunt Objectum Legum, earumque actionum principia, paulò altiùs repetenda ut Doctrina de Natura Hominis.
- 9 Homo itaque, duabus partibus constat, Corpore organico, et Animâ Rationali.

De Officiis. Romanus et Cuius

Liber Primus

Capitulum Primum

De Officiis. Romanus et Cuius

12. Et hoc respectu actiones hominum considerare aliarum disciplina-  
rum sunt objectum.

13. quæ tales Obj. Disciplinarum Moralium sunt actiones humane  
non physice considerate quatenus procedunt ex motu & applica-  
tione organorum, sed quatenus resultant & producantur ex  
spiritibus rationalibus.

14. Quo hic annotanda 1. Res non invidus non indicari facultatis  
ita realiter distinctas ut caput & brachium, (mens enim est  
natura simplicissima & unica) sed eandem mentem prout  
diversimode operatur diversam sorti appellacionem; quando  
speculatur Intellectus, quando amatur vel odit voluntas dicitur  
2. Per nominationes illas fieri a posteriori; nec enim ita seceruque  
unt illa mentis operationes ut adit sola cognitio sine appetitu  
aut aversione, aut sola voluntas sine speculatione, hæc enim  
intime & inseparabiliter sunt connexa, sed mentem vitalem  
sortiri ab illa operatione quæ magis eminet. Et Deirco Titius  
Obj. 13) inutilem esse hæc divisionem contendit. sed Philo-  
phi est ea distinguere quæ diversos habent effectus. In eadem  
ergo in sole lumen & calorem distinguimus, quæ sunt idem sol  
sed calidus & luceat, ita nec male distinguitur Intellectum  
a voluntate, quamvis eadem mens intelligat & velit.

Puff. 1.1.2.

Titius ad

Puff. 1.1.

10 Quatenus Homo constat corpore, ceteris animantibus, ferè similis depre-<sup>10</sup>  
-hereditur; verum alia ex parte, distinguitur à ceteris animantibus, nempe  
anima.

Puff. 1.1.2. ibiq. Hein.  
11 Hinc Actiones diversi generis Homo elicit, Corporales nempe et Spiritu-  
-ales: Vivit, Nutritur, crescit, videt, etc. sed et Cogitat, verum ideas sibi-  
-format, ratiocinatur, eligit, respuit.

12 In omnibus istis actionibus, operationibusque, duo sunt consideranda:  
1<sup>o</sup> Motus ut ita dicam Naturalis et Physicus; vel ipsius mentis, ut cogitare,  
velle; vel Corporis, ut ambulare; vel utriusque simul pro eâ, quæ datur  
corpus inter et mentem conjunctione.

13 2<sup>o</sup> Omnium harum operationum à ratione dependentia; prout sc. Ratio  
has mentis vel corporis actiones, vel ipsas producit, vel saltem dirigit et  
moderatur.

13 Eo autem ultimo respectu, Actiones hominis Humanae dicuntur, seu  
Voluntaria, et quæ tales in Jure considerantur.

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE  
-4-  
14 Mens Humana, ob Operationibus tantum, cognoscitur, et pro diversi-  
-tate Operationum varias sortitur denominationes, seu appellationes;  
hinc, in varias Facultates Mens Humana, distinguitur. Præcipue sunt,  
Intellectus, Voluntas, Libertas.

15 Facultas hæc est Potentia Entis liberi et cogitantis: seu est Potentia  
agendi cum libertate, et causa cognitione.

16 Intellectus ea est Mentis facultas quæ res percipit, earumque ideas  
-sibi format, ut ad veritatis cognitionem perveniat; seu brevius, est Mens  
ipsa quatenus res percipit.

17 Veritas hæc est, habere ideas cum naturâ rerum congruentes.

18 Circâ Intellectum, primum hoc principium antè omnia pro certo  
-statuendum est, tanquam fundamentum totius Juris prudentiæ, et Doctri-  
-næ moraliæ, nimirum, Humano Intellectui naturalem inesse rectitudinem

Puff. 1.1.4.

4. Hoc enim nisi admittatur, quilibet delicti suis ignorantiam invincibilem poterit obtundere, cum nemo possit argui quod violaverit Regulam quam capere supra vires ipsius erat positum.

Respondeo. agit hoc loco author Puffendorfianus sequens, nam in maiore opere hoc caput collocat post quodam de lege agit & merito cum Conscientia nihil aliud sit quam applicatio Legis ad facta & peccata obvenientes.

2. Conscientia nihil aliud est quam ratiocinatio de act. nostris instituta in eum finem ut liquet, justa an injuste sint.

3. Inquam enim sola Lex iura habeat nostras actiones dirigendi ac precipiendi quid sit faciendum quid omittendum; cum tamen Legi nemo parere debeat nisi in quantum eum cognoscit & homo Legem non cognitam forte fortuna sequens nullum mereatur premium, sequitur propriam uniuscuiusque conscientiam huic esse veluti normam secundariam, primariam subordinatam, juxtaquam actiones suas debet dirigere, est hoc enim veluti tabula in qua Lex prescripta datur, quae proinde consulenda venit, ubi agendum est.

6. Decidens est quod tam quoad actionis moralitatem promulgatam exsequutionem plane pronunciat.

Dubia quoties in utramque partem ratiocinamus; quae duplex esse potest, vel Dubia in specie, quando intellectus fluctuat, sed moralitati actionis post tergum relicta executionem decernit; vel scrupulosa cum mens alteri parti quidem assentit, sed in anibus scrupulis alterius partis vexatur.

cujus opes homo potest comprehendere, generalia, illa præcepta quæ ad vitam tranquillam et honestè transigendam, faciunt, dummodò necessaria cultura et meditatio adhibeatur. ¶

Princ. Bud. §. II. 411. De Conscientiâ. Puff. 1. 1. §. 5. 6. ibiq. Titius & Hein.

§ 1 Intellectus, seu potius Ratio ipsa, duplici potissimum ratione, considerari potest, vel in se ipsâ, vel in relatione ad alias res ut de his judicium ferat.

2 Intellectus autem cognitione legis imbutus, et de Actionibus Hominis juxta eam quam habet legis ideam judicans, earumque actionum cum lege convenientiam vel discrepantiam colligens, Conscientia vocatur.

3 Duae Regule Generales circa Conscientiam observanda sunt. 1<sup>o</sup> In illuminanda Conscientiâ Cura Corporis adhibenda est. 2<sup>o</sup> Conscientia, ut par est illuminata, in omnibus actionibus consulenda est, ejusque dictata religiosè sequenda; pauci, Colenda est, consulenda, sequenda, Conscientia.

4 Rationis autem Judicium de Humanis Actionibus cum lege collatis respicit actiones, vel perpetrandas, vel jam perpetratas: hinc Conscientia dividitur in Antecedentem, quæ est rei futura; et Subsequentem, quæ est rei præterita. <sup>antecedens nobilior quia virtute prædictis propria; subsequens etiam in sceleratis deprehenditur.</sup>

5 Hujus divisionis respectu tenenda est hæc Regula, ut omnes vitetur in agendo periculum. Utraque Conscientia, Antecedens scilicet et Subsequent, quantum fieri potest, consulenda est.

6 Porro Antecedens circa actiones nostras ratiocinatio, <sup>quoad</sup> circa actionem suscipiendam, aut planè pronuntiat, aut in ipsâ ratiocinatione fluctuat incertaque hæret; hinc Conscientia antecedens dividitur in Decidendam et Dubiam.

7 Rursus in decidendo, aut rectè procedimus, veram scilicet Conclusionem ex veris principiis elicientes; aut in decidendo decipimur: Hinc Decidens -

8. Probab. cons. fundamenta sunt Authoritas, exemplum  
id audiui ex Ministro Ecclesie - sic agit Later.

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

¶ Statat quis actionem vitiam non detari, vel proceptam non recipi.  
potest q. si vellet errorem discutere; peccat, si ve agat secundum  
conscientiam quia eius actio Legi quam cognoscere debebat non  
est consentanea, si ve agat contra consc. quia eius actio lumini-  
bus intellectus adversatur, a deo q. in eo fuit propositum Legem  
conculcandi.

saltem non enim potuit peccare contra Legem quae hanc actionem  
non curat.



in Rectam distinguitur et Erroneam.

- 8 Præterea in Conscientiâ Rectâ Ratiocinatio vel ex certis et indubitatis principiis procedit, quæ Conscientia certa dicitur; vel ex principiis verisimilibus tantum, et Conscientia Probabilis nuncupatur: quæque prout Probabilitas cum lege convenit, vel eidem adversatur, iterum vel Recta esse potest, vel erronea.
- 9 Conscientiam subsequentem quod attinet, ea in duas potissimum species dividi potest, Inquietam nempe et Tranquillam.
- 10 Tranquilla Conscientia ea est quæ factum approbat, ut potè legis consentaneum, propitiumque Legislatorem promittit. Inquietæ vero ea est quæ factum damnat, ut potè legi repugnare, iramque Legislatoris ac poenas minatur.
- 11 Denique hoc observandum est, Conscientiam vel ex justâ causâ, vel ex errore tranquillam esse posse, vel inquietam.
- 12 Regule autem quæ circa hæc Conscientiæ species veniunt observandæ, hæc sunt.
- 13 1<sup>o</sup> Omnis Actio, vel Actionis Omissio, quæ Conscientiæ Rectæ contraria est, peccatum est.
- 14 2<sup>o</sup> In Conscientiâ Probabili Actio nunquam suscipienda, nisi prius omnem operam adhibuerimus ut plenioris rei notitiam adipiscamur, et quantum fieri potest augeatur probabilitas, accedatque ad demonstrationem.
- 15 3<sup>o</sup> Quod ad Conscientiam Erroneam, si Conscientia versatur in errore vincibili circa rem lege vetitam, aut præceptam, peccat homo, tam si secundum eam Conscientiam, quam si contra eam agat. Quod si autem erret circa rem indifferentem, i.e. lege nec præceptam nec vetitam, peccat saltem si contra Conscientiam agat. quæ est hominis secundaria actionum voluntas.

16 Suspendenda que enim contra consuetudinem ageret hoc  
modo ratiocinaretur. Nescio quidem iusta an iniusta sit  
hæc actio, sed siue iusta sit siue iniusta eam tamen per-  
petrabod. Quid vero est contemptus Dei Divinæq; Legis  
si hoc non est.

1. Hinc Speculo assimilari potest quod per fecerim dicitur  
cum obiectum tale quale est preceperat.

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

5.7.8

Carl.  
1.1.4.

16 4<sup>o</sup> De Conscientiâ Dubiâ duæ sunt Regule. 1<sup>o</sup> Quamdiu Judicium  
est in anticipi, tamdiu actio est suspendenda, donec ulteriori examini  
adhibito pateat veritas. 2<sup>o</sup> Si vero per tempus actionem suspendere  
non liceat, tunc in tutiorem partem eundem est; pars autem tutior  
plerumque ea est que affectibus contraria.

De Ignorantiâ et errore. Puff. 1. 1. §. 7. 8. Fea. & Hein

§. 7. 8

- § 1 Superius diximus, Objectum<sup>ix</sup> finemque Intellectui esse veritatem; -  
quamobrem Intellectui perfectio in eo consistit, ut de rebus omnibus  
tales Menti obverrentur idæ, quæ cum naturâ rerum conveniant.
- 2 Hinc huic perfectioni duo obstant impedimenta, Ignorantiâ et Error.
- 3 Ignorantiâ est simplex Cognitionis Absentiâ, nil opinari de re  
aliquâ, nullam de re habere ideam.
- 4 Error vero est difformitas conceptû et rei conceptû; quando sc. non  
solum Cognitio vera deficit, sed ejus loco falsa persuasio animum  
occupat; atque hinc patet Ignorantiâ, veluti medium occupare  
locum inter Veritatem et errorem.
- 5 Verum quoniam in rebus agendis positiva quoddam persuasio -  
semper præsupponenda est, nec potest actionis susceptio aut omisso  
ex nudâ privatione, seu Cognitionis absentiâ procedere; hinc patet quod  
in Disciplinis Moralibus Ignorantiâ cum errore coincidat; quamobrem  
que de uno dicemus, et de altero accipienda erunt.
- 6 Ignorantiâ vel Error tripliciter considerari potest, 1<sup>o</sup> Ratione Ori-  
ginis; Unde Ignorantiâ est vel Voluntariâ, vel Involuntariâ; vinci-  
bilis, vel Invincibilis. 2<sup>o</sup> Prout ad actionem aliquid confert;  
et hinc est, vel Efficax, vel simpliciter Concomitans, vel Essentialis, vel

Phil. Princip.

1. 1. 11.

7. Vincib. Ita si quis damnum dedit & factum suum excusare velit quod damni dandi prohibet. ignoraret, illi recte potest regeri errorem illum fuisse volent. seu vincib. potuisse scilicet & debuisse scire neminem esse laudandum.

Invinc. ~~subsequenti~~

8. nat. neg. Venationi operam datus occido amicum post dumata forte latentem. Titius vendit mihi anulum auratum pro aureo or

leg. agentium destinatio Nempe, circumstantia per se haud momentosa fieri potest essent. ex voluntate contrah. tempestive declarata: sic si equus expressè dixerim inemptum esse si hispanus non sit, error circa regionem fiet essentiali, ex agentium intentione qui natura sua erat coelestis.

## BIBLIOTHÈQUE DE GENÈVE

• ex proprio intrinseco Non nos movemus ita ut nobis actionum merito nostrorum non consci sumus, quia ad invicem machina; sed scimus quod nos movere velimus, quia scilicet rem pro bona vel pro mala agnoscimus, quae oia in machinam non cadunt.

Accidentalis. 3<sup>o</sup> Denique Ratione Objecti circa quod versatur, unde Ignorantia vel Error est aut Juris, aut Facti.

7 Ignorantia vincibilis illa est quam, qui necessariam adhibitam cautione, et diligentiam excutere potest; Invincibili, quae etiam adhibitam omni diligentiam vitari non poterat.

8 Ignorantia vel Error Efficax seu Essentialis ille est qui versatur circa cognitionem necessariam et essentialem in negotio de quo agitur. Cognitio necessaria et essentialis hic dicitur illa quam natura negotii, vel legitima Agentium intentio requirit. Ignorantia

vero vel Error Accidentalis seu Concomitans ille est, qui versatur circa rem extra negotium agendum constitutam, quaeque cum illo nullam connexionem habet. Euphoris seu Peuditoris patria: Occisio hostis post diemeta latentis quem nihil homines occiditum.

9 Quid sit Error juris, et facti, per se patet.

BIBLIOTHÈQUE DE GENÈVE

De Voluntate et Libertate. Puff. 1.1 §. 9-14. Tit. de Hein.

§. 9-14.

XI.

§ 1 Altera facultas quae in Homine eminet, quaeque Actionum Humana- rum una cum Intellectu principium est, dicitur Voluntas, quae est illa Facultas, cujus ope Objectis propositis, et cognitis, ex principio intrinseco et circa ullam necessitatem Physicam, Mens ad illa sese movet, eligit, quod bonum sibi videtur, et contra ab illis sese avertit, quae sibi non convenire videntur, malaque esse judicat.

Spontaneitas eadem est omnino ac Voluntas; Mens enim nihil facere potest quam Spontè; h. e. volendo. Hinc Actio Spontanea, et Voluntaria, coincidunt.

3 Libertas autem ea est Mentis Facultas, quae iudicium suspendere potest, cohibere appetitum vel aversionem, vel etiam, ceteris paribus, in-

Carmin. ad §. 9. Puff. Hein. ad §. 10. eod.

4. Promitto centum scio nullo ad id me cogente, cu actionem liboram,  
simulq Volunt. & spont. ... Verum si Tutor dum novacula supra  
cervicem ut rogat me 100. promittam; Edo actionem sponta-  
ream seu Volunt., non liboram.

5. Intell. occupatur circa verum & falsum: Voluntas circa bonum & malum.

7. Semper actionem praecedit ratiocinatio quaedam; Semper momen-  
tum aliquod nos movet, leve quidem aliquando & erroneum  
fulgorem tamen aliquo conspicuum.

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

10. Nulla lib. in reb. est. ubi Sat. res clarè & perspicuè animo observatur:

Sic nullus libertatis usus circa hanc prop. Totum est majus hinc male-  
bas & concordia potiores sunt bello & discordia. Verum aliqua parte liberi  
manemus respectu evidentiae, dum 1.º prudet à nobis mentem dirigit  
versus eas res vel eam ab us. avertere 2.º plus minusve rem perspicere  
3.º detecta evidentia vel eam intueri possumus & el de ea non am-  
plius laborare.

Bud. Pr.

Bud.

P. II. 5.

quam velit partem sese flectere.

4 Hinc patet omnes Actiones liberas equidem esse voluntarias, sed ex  
adverso omnes actiones voluntarias non esse liberas; (acta enim  
Voluntas est etiam voluntas. XII.

5 Voluntas Objectum est Bonum in genere, ut ex definitione patet.

6 Bonum est id omne quod ad conservationem hominis, ejusdemque  
perfectionem, commodum, aut voluptatem conferre potest. Malum  
# contra est id omne quod hominis conservationi, ejusdemque perfectioni  
et commodo adversatur.

7 Hinc sequitur, Voluntas actum cognitionem semper involvere,  
et presupponere intellectum: qui enim fieri potest, ut hoc tanquam  
bonum assequi conaremur, illud vero tanquam malum vitaremur,  
nisi intelligeremus de quo agitur?  
Sunt. Pr. 1. 11. §. 3

8 In acquisitione, et possessione, boni oritur Felicitas, quae nihil aliud  
est nisi ea mentis delectatio, id est gratus animi sensus qui ex possessione  
boni oritur. XIII.

9 Libertatis objectum constituunt omnes illae Actiones, vel Operationes  
quas Mens ad libitum suspendere potest, aut quam velit flectere  
partem.

10 Non autem omnes suas Operationes vel Actiones Mens ad libitum  
suspendere potest: ea siquidem est natura Mentis Humanae, ut, ubi  
relationes idearum quas contemplamur summam perspicuitatem sunt  
consecute, non possit propositioni inde in animo existenti assensum  
denegare. Hinc nulla est libertas iudicii in rebus evidentibus.  
Sunt. Princip. 1. 11. §. 4. 5. Seqq.

11 Verum ubi ideae quas Mens contemplatur sunt adhuc obscurae,  
iudicium cohibendum est, donec ulteriori examine adhibito veritas  
pateat: datur itaque libertas iudicii in rebus obscuris aut probabilibus.  
Hec de usu libertatis nostrae circa Veram & falsum.

12. necessario idq. sapientissimo constitutam a Summo rerum  
opifite qui hominem creavit ut esset felix.

negligere quia vel bona illa in auras malum introducerent, vel quia  
fruitionem majoris boni impedirent. Sic famelicus venenata esca-  
leuta respuit. At fatendum imprimis conspicuam esse volun-  
tatis nostrae <sup>libertatem</sup> ~~voluntatem~~ in rebus indifferentibus. Quantum  
ab unoquoque nostrum pendat sedere vel ambulare, pergere  
dextrorsum vel sinistrorsum nemo non videt.

14. Haec sibi vult Auctor. Sicut est ut bona vel mala pura nobis se  
exhibeant: Deipsum enim faciererum: quod bonum nobis prima  
facies videtur, reversa malum ut vice versa; seu bonum ita cum  
malo intricatum est, ut vix discerni queat primo intuitu.  
Si ergo felices esse velimus, cohibendus est impetus, res accurate  
perpendenda, malum cum bono conferendum et ad tutam  
rationis et sapientiae pervenienda sunt.

15. Desiderio bonum appetunt, quid unicuique; quare ergo in eisdem cir-  
cumstantiis Titius tam dissimilem agat a Caio? Resp. Vera felicitas  
quam solus appetit sapiens in se complectitur, jucundum, honestum  
trutile. at quam pauci hanc delectantur. Turba hominum ad parvam  
bonum inhiat: at in bono ad parvam hanc separata sunt. Hinc ambiti-  
osus unice decora appetit & prerogativas quas exinde consequetur.  
Voluptati deditus sensuum oblectamenta se tradit: avarus nihil  
videt quod sibi utile est.

Quinde ad parvam quam debile sit argumentum eorum qui libertatem  
oppugnare autumant dicendo Si homo necessario bonum appetit ma-  
lum adversatur, liber non est. Tamen enim responsum. Nam ut plura  
bona & mala, vera ac apparentia, multiplexq. de iis hominum ju-  
dicium est: hinc quiescunt ad applicationem, liber &  
electioni est locus.

16. 17. Natura libertatem inclinatur peculiaris ingenii & corporis disposi-  
tio, quae oritur tam a Caelo nos ambiente, tam a varietate tempe-  
raturarum, tam a sexu, aetate, valetudine, victu &c.  
Haec dispositio voluntatem quidem inclinatur, non destruit, nec  
eam habet vim ut voluntas necessario flectat: imo adhibita diligentia  
si non mutabitur temperamentum fiet saltem nec actiones vitiosas  
producat.

5.6. ibid

5.7. ibid

5.9. ibid

1.uff. 5



XIV

12 Quod autem attinet ea quae tanquam bona aut mala menti sese offerunt, ubi de Bono in genere, vel summo agitur bono, nulla est deliberrandi libertas, illud necessario concupiscimus; At bona minora optare, quereve, aut negligere possumus, neque ullam necessitate ineluctabili ad ea amplectenda ferimur.

§. 6. ibid.

13 Præterea dantur certi casus in quibus Mens in æquilibrio posita, tum propter rationum defectum, tum propter rationum oppositionem, quæ hinc et inde pari passu militant, sibi ipsi planè relinquitur, adeo ut in quam velit partem sese flectere possit, propter invitam libertatem.

§. 7. ibid.

14 In his quæ huc usque diximus sequitur, nullum aliud superesse medium ad felicitatem obtinendam, præter sanam rationem, et rectum ejus usum.

§. 9. ibid.

15 Verum quamvis sit una eademque omnibus Hominiibus natura, una eademque ratio, idemque finis et scopus, sc. felicitas, magna tamen cernitur inter singulos Homines actionum varietas; Cujus diversitatis multe sunt rationes: 1<sup>o</sup> quod eadem omnibus non sit ingenii perspicacitas, diversimodè homines adficiant. 2<sup>o</sup> quod Objecta externa diversas veluti diversorum Hominum partes peculiariter afficiant.

XV

uff. §. 12.

16 Non semper voluntas veluti in æquilibrio posita deprehenditur, sed sæpè numero versus unam partem potius quam versus alteram vehementer inclinatur; Hinc referenda est peculiaris ingenii dispositio quæ ad certum genus actionum quidam valdè proclives redduntur.

17 De illis autem Inclinationibus tenendum hoc principium, scilicet Naturalium harumque dispositionum non tantam esse vim, ut Homo non possit in diversam partem, necessariam adhibitam curam, voluntatem flectere, easque libertatem planè non destruere.

18 Verum si peculiaribus hinc propensionibus sæpius indulgeatur, tunc ex Actuum frequentia Consuetudo oritur, et Habitus, quo id

20. Ad. cū istac obstacula (dispositio peculiaris, affectus, habitus) ita  
sunt comparata ut majori menti p̄posito bono meliore remoueri  
superari ue possint. Ne quantacūq. in fure sit contrectanda rei  
aliena libido, ei tamen non succumberet si sibi tanti criminis  
effecta, furcam scil. ob oculos poneret. Nec minū qui volupta-  
tibus atq. otio magnopere delectantur, ad honestiora studia  
ac diligentiam illico sese inflammari sentirent, si adhibita  
in consiliū ratione, paulō expendere accuratius quanta  
sit doctrina ac sapientia p̄stantia, utilitas, ac suauitas;  
& quam irreparabile damnum cum inertia ac ignorantia  
con iunctum sit. " Vultis scire, ait Seneca, quare non  
" prosumus affectus moderari? Quia volumus. Amamus vitia  
" nostra, defendimus, & in malis excusare quā excutere.  
" Satis natura nobis dedit rebus si illo utamur, si vires nos-  
" tras colligamus, ac totas pro nobis certē non contra nos conci-  
" temus. Nolite in causa est, non posse protrudis. Atqui  
" nihil tam difficile est & arduum quod non humana mens  
" vincat & in familiaritatem conuertat assidua meditatione,  
" nulliq. tam feri suiq. iuris sunt affectus ut non discipli-  
" nā perdoventur. Quodcumq. sibi imperavit animus obtinuit.

Quare ergo in dubium adduci potuit Libertas hominis, cum nullus  
sit qui in se ipsum descendens non exclamet, Sum Liber?  
Resp. Publ. in maj. opere l. II. §. III. eam opinionem natam ex cerebro  
quorundam acutiorum Philosophorum qui hoc argumentum  
plus iusto persequentes ita se impedierunt in ~~arguta~~ metaphi-  
sices labyrintho, ut <sup>cum</sup> magis objectionibus aduersariorum paratam  
non haberent responsionem, putarunt se victos, proindeq. non  
liberos, ocoq. homines libertate spoliarunt. Quā occasione hanc  
auream regulam, in otibus scientiis tam necessariam suppedi-  
tat Author. Quoties scil. veris probationibus nititur aliqua

efficitur, ut occasione natâ libenter et expeditè actio aliqua suscipi-  
atur; Cujusque maxima est vis et efficacia in actionibus Hominum  
determinandis, nativâque libertate impediendâ.

19 De Habitu aut Consuetudine duo sunt observanda. 1° Nulla tanta  
efficacia videtur esse Consuetudo, quin eam adhibitâ debitâ diligentia  
Homo evolvere possit, vel saltem ejus effectus cohibere. 2° Quod si tamen  
eò usque Consuetudo invaluerit, ut vix ei liceat resistere, non tamen idèo  
actio ex habitu suscepta ab Actionibus liberis eximenda est, siquidem  
penes Agentem fuit saltem ab initio tales actus cohibere.

XVI.

20 Non parùm quoque animum verrit certas actiones impellunt,  
violenti illi animi Motus qui quibusdam objectis propositis eam vehe-  
mentissimè rapiunt, quosque Affectus appellant; Circa quos tria sunt  
observanda,

1° Quantumcumque vehementes sint, vim tamen libertatis omnem  
non extinguunt.

2° Quoniam Affectus perpetuo non occupant, hinc Vir sapiens  
dilucidis illis intervallis quibus animus totus sui arbitrii est uti debet  
ad moderandos et eradicandos affectus.

3° Quidam Affectus specie boni, Alii formidine mali excitantur.  
Harum Observationum Usus infra suo loco videbimus. (inf. 5. 27.)

Veritas, quicquid adversus eam veritatem obicitur, infixam menti  
peruasionem nec commovere nec debilitare debet, si tantum  
licet necesse sit, quæ quidem faciunt negotium, sed vim  
non convellunt argumentorum.

§. 1. Merito author in opere Maj. Secernit Imputabilitatem ab  
Imputatione quas hic Puff. sequens intermiscet.

Imputabilitas est illa act. humanarum affectio qua homini<sup>carum</sup> authori  
imputari possunt quatenus sunt voluntarie: Ex qua affectione  
non continuo sequitur eas ipsi<sup>revera</sup> imputari; nam imputatio suppo-  
nit necessitatem injectam ipsi a lege agendi vel non agendi hoc  
vel illo modo. ~~Verum~~ Verum sagiamur aut horum ordicamus  
Nullam propiorum esse rationem quare alicui quapiam  
actio in eius ratione referri possit, quam quia a b ipso sciente  
volente, mediate aut immediate profecta est §. 2.

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

2. Sic Judaei fuerunt causae mortis Christi, Pilatus & Galtherus  
Pater filii; horum vero eadem praecipit; Pater & Heras sunt hujus  
causae causae; major ergo in illis quam in his pars struenda.

Ann. l. 2.  
P. 1. Ch. 11  
P. II. Chap

§. 17.

§. 18.

§. 27. H  
Ba

De Imputatione Actionum Humanarum. Suff. 1. 1. 17 ad finem.

Abul. Princ.  
P. I. Ch. III.  
P. II. Chap. X.

<sup>XVII.</sup>  
§ 1 Actionum Humanarum, quae ab Intellectu et Voluntate proficiscuntur, praecipua Affectio est, quod illa Homini imputari possint, i.e. quod Homo pro earum Authore haberi possit, et ad reddendam de eis rationem adstringi, quodque Agenti adscribantur omnes actionis effectus, in eumque redundent.

§. 17.

<sup>XVIII.</sup>  
2 Generale circa Imputationem Principium sic supponendum est. Omnis Actio, vel Actionis omissio, quam patrare aut omittere possumus et debemus, nobis imputantur.

§. 18.

3 Actiones ab alio patratae regulariter alio quom Authoribus non imputantur.

4 Attamen Societatis Humanae ratio saepissime, exigit, ut uni commissum sit alterius actiones dirigere; quod si igitur actio aliqua ab altero patrata sit, circa quam unus iterum se erat, et prestare in super ex officio tenebatur, Actio illa non solum ei imputabitur qui immediate eam patravit, sed etiam ei qui ex debito et possibili directione aliquid omisit. Exemplum est in Praeceptoribus in quibus institutione nimis negligenter se gerentes.

§. 27. Hein.  
Barbois.

<sup>XIX.</sup>  
5 Praeterea ubi plures ad eandem actionem conspirarunt, ad hoc ut cognoscatur qua ratione fieri debeat imputatio, sequentes Regulae observentur.

6 In pluribus qui ad eandem actionem patranda conspirarunt, Quidam pro causa huius actionis principali ac primaria habentur; Quidam vero pro causa minus principali, seu secundaria; Alii denique pari veluti passu ambulant.

7 Causa Principalis ac Primaria hic dicitur, ille qui aliquid faciendo ad alterius actionem adeo efficaciter contribuit, ut absque illius actione hic omiseret quod fecit.

ab  
arum  
authori  
rione  
suppo  
di hoc  
us  
iam  
siente

ma  
hujus  
tulida.

8. In causa Secund. habereur in quo futurum futurum laudaret.

9. Sic Saul reus erat mortis Stephani dum vestes ejus assuebat.

10. Dum modo nexus aliquis, cognitus agenti, adsit inter causam & effectum. Sic si quis in loco oibus patulo sclopetos relinquere & puer exinde aut occideretur aut alium occideret mors Lemario imputaretur. Contra si armorum opifex homini haud irato sclopetum vendat quo statim alium occidat, nullatenus isti haec mors imputari potest. Sex. exempla praebet tit. de h. Ag.

11. Sic iustice mores horridi vitio non vertuntur.

12. Error concom. ipsum negotium non attingit, consensum necessarium non excludit, adeo non impedit quominus imputetur actio. Emi equum ab Anglo quem putabam esse Gallum: erro, sed quid ad rem. ... consensus est. datus est, atq. mihi imputabitur siue potuerim siue non potuerim venditoris patriam noscere.

Ignor efficax imputationem impedit. Sicut invincibilis. Lex fertur ne quaedam merx invehatur in civitatem: die sequ. Mercator ex longinqua peregrinatione adveniens legis ignarus contra eam peccat: an punietur?

13. quia sal hoc jus per rectam rationem est promulgatum; nisi forte error, stultitas, ipsiusq. juris illius ratio paulo subtilior meliorem sententiam suadeat.

14. Qui enim in culpa est cur ovari ferendo impar inveniatu ei sua imbecillitas obicitur, aliter enim statim atq. Lex ipsa aliquid offerret incommodi facile eluderetur contrahendo impotentiam obediendi.

16. Occasio est praesentia circumstantiarum sine quibus actio suscipi non potest.

§. 18. B

§. 19. B

§. 20. biq. Carmi

§. 21. Fein. Ele

§. 22.

§. 22.

19  
8 *Causa* verò *Secundaria* hinc dicitur quæ ad alterius actionem ad eum parium contulit, ut actionis à Principali Authore jam determinatae, existentiam non quidem ipse produxerit, sed eidem incitamentum duntaxat addiderit, facilis remque præbuerit executionem.

9 *Par* denique *passu* ambulare dicuntur Illi qui ad actionem aequaliter conspirarunt; Atque pro diversis illis speciebus diversimodè quoque imputationi locus est.

§. 18. Barb. 10 <sup>xx</sup> Ulteriùs, Quæcunque mala aliis contingunt illis imputari queunt qui eorum causam et occasionem, dum possent et deberent, vel præbuerunt, vel saltem non ~~subtraxerunt~~ <sup>traxerunt</sup>.

§. 19. Barb. 11 Quæcunque in quolibet Homine sunt, vel non sunt, quæque penes ipsum non fuit ut adessent vel abessent, non possunt illi imputari, nisi quatenus defectum naturalem non supplevit per industriam.

§. 20. ibiq. Tertius de Carnicis. 12 Quoad imputationem eorum quæ ex ignorantia fiunt, sic distinguere. Concomitans Ignorantia, seu sic vincibilis seu Invincibilis, imputationem non impedit. Ignorantia verò aut Error efficax impedit imputationem, si sit invincibilis. <sup>xxi.</sup>

§. 21. Fein. Elem. §. 108. 13 Quoad Generalia et Fundamentalia Legum Naturalium et Officiorum præcepta, Ignorantia non potest esse invincibilis, saltem inter eos qui rationis usu pollent.

§. 22. 14 Impossibile nulla est obligatio, adeòque nec imputatio. Inceptio hujus Regule est in eo qui culpam suam naturalem perdidit vires.

§. 22. 15 Cui occasio agendi citrà suam culpam deest, illi non imputatur quod non egerit: defectus enim occasionis impossibilitatem quandam moralem involvit.

16 *Occasio* autem est *Par* temporis habens in se alicujus rei idoneam faciendi vel non faciendi opportunitatem.

17 *Occasio* itaque duo præcipuè complectitur, 1º ut omnia ad sint quæ ad

20. injustum coactus a Iudice solvere obligatur; Subditi rebelles a Rege  
coacti obligantur et

21. non magis quam gladio aut securi cades.

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

22. minas malum Minatur quia mortem nisi flagellum innocenti  
flagellari potest.

26. Distingui mihi videntur actus liciti ab illicitis. Actus liciti sua  
ebrietate interveniente suscepti erant nulli. v.g. Contractus a summo  
ebrio celebratus, deest enim consensus liquidus in hujusmodi negotiis  
necessarius nec us animandis. Sufficit culpa procedens. Quoad ac-  
tas illicitos (v.g. homicidium a summo ebrio patratum) impubere  
agenti non quidem tanquam dolosi sed tanquam culposi, nisi quis  
directo se inebriasset ut delinqueret.

16.  
24. Barber

325.

3.18. Tit.



agendum sunt necessaria, tam à parte Agentis, quam à parte  
objecti. 2º ut illa à alià fortiori obligatione actio fieri potuerit.

XXII.

16.4.  
24. Barbairae.

18 Circa ea quæ per coactionem facta sunt, sequentia debent observari,  
Duplex est Coactionis species; Prima, quando quis fortior per violentiam  
nostra membra ad aliquid agendum aut patiendum applicat; et Actio  
quæ hinc oritur propriè Involuntaria dicitur, v.g. si quis femina violentum  
intulerit stuprum.

19 Altera Coactionis species ea est quæ gravi aliquo malo, aut periculo,  
nobis à Potentiori intentato procedit, nisi nos ad aliquid faciendum move-  
-amus, aut à faciendo abstinemus; et Actio quæ hinc oritur propriè  
Coacta seu Mixta dicitur.

20 Hic talem intelligimus Metum, qui cadit in constantem virum;  
præterea Metum ex parte inferentis injustum intelligimus.

21 Hic ita præmissis, Actio Involuntaria nunquam imputatur.

22 Actio vero Coacta vel Mixta imputari potest quatenus est volun-  
-taria, nisi probetur necessitatis exceptio.

23 Toties autem adest legitima necessitatis exceptio, quoties actio  
metus suscepta et extorta minus malum in se continet quam erat illud  
quod Agenti imminabat: inter duo namque mala minus eligendum est.

XXIII.

25.

24 Ultima denique Regula hæc est. Eorum qui rationis usum carent  
Actiones non imputantur. Ratio Generalis hæc est, quod si quid agant  
liquidò dignoscere nequeunt et ad normam comparare.

25 Hic referendi sunt Infans, Furiosus, Mentis Captus, et Ebrius.

26. Tit.

26 Circa Ebrietatem tamen Observandum, quod ebrietas est vel modica,  
quæ usum rationis in totum non peremit; hæcque actionem relinquit  
imputabilem: vel Ebrietas est summa, quæ omnem rationis usum  
aufert; hæc autem si fuit involuntaria, imputationi locus non est,  
cui locus erit si summa ebrietas fuerit voluntaria.

Pope

cutem

liciti sua

Summa

negotii

mod ac.

imputatio

si quis

§ 27. Affectus alii excitantur specie boni, alii specie mali.

28. Alii excitantur ad acquirendum aliquod bonum, hi ad fugiendum aliquod malum. Præter nihil aut parum excusationis afferant, si eorum impulsu peccatum fuerit; posteriores eo plus venia habent quò gravius erat malum quò excitaverat; quia scilicet facilius carere possumus bono ad nostri conservationem non absolute necessario, quam excipere malum ad nostram destructionem tendens. Impius ergo peccat qui sibi illanti libidini obtemperat, quam qui terrore mortis aut gravi mali imminuentis quid secus agit quam oportebat.

29. Quis in somniis sibi videtur quis agere ipsi regulariter in foro humano non imputatur. Quoniam tamen sæpe fit ut quis in nocte cernat quale fecit in die, et talibus cogitationibus cum delectatione diu immorans, earumque imaginem alte animo imprimens earum representationem in somniis sibi procuret, ideo hoc respectu non ad omni imputatione libera sunt somnia. Item de somniis dicitur ferecundum est

BIBLIOTHEQUE  
DE GENÈVE

Qui generis humani conditionem attente consideraverit facile is facile deprehendet homines pro lubitu actiones suas instituire non posse, sed certa quedam præcepta velut agendi normam ipsis incumbere observanda, uttem se vitam commode feliciter ornate depre. velint; id necessario postulat hominum diquitas, pravitas, imbecillitas & ingeniorum diversitas.

27 Actiones illae quae ex impetu cujusdam affectus proficiuntur nihilo-  
minus imputantur.

28 Verum, mitius imputantur Actiones illae quae proveniunt ex affectibus  
excitati, formidine, mali quod declinare volumus; gravius vero actiones  
illae quae proficiuntur ex affectu excitato specie boni quod acquirere cupi-

§. 26. Hein.

29 Quae in somniis quis sibi videtur agere, vel revera agit, imputari non  
possunt, nisi quatenus cogitationes et consilia, quibus interdum legius  
cum delectatione immoratus est, talibus somniis occasionem praebuerunt.

judicium: quidam alios sibi obvios baculis percusserunt, vulnere-  
runt, occiderunt. Quod si somnambuli de eo quod dormientes  
faciant moviti fuerint, ut cautiones vitandi aliorum lesioni  
necessarias omiserint, arma e cubiculo suo non removerint,  
omnimodam certe excusationem non mereantur.

BIBLIOTHECA

DE GENÈVE

De Juri-Prudentia et lege in genere.

§. 1. c. 2.

§1 Cognitionis Actionum Humanarum naturali indole, ad earum  
normam, nempe legem, progreditur Author.

2 Lex itaque, generaliori sensu accepta, nihil aliud est quam Norma  
Actionum Humanarum.

§uff. §. 1. h. 4  
ibiq. Hein.  
Princ. Part. 1. C. V.

3 Hujusmodi Regulae necessitas ex eo probatur, quod Homo inveterabili  
desiderio felicitatem exoptet, perinde autem non sit quamcumque  
homo seligat viam, ad propositum sibi finem obtinendum; unica  
enim est recta ad felicitatem via: Nisi itaque Homo certas vivendi  
Regulas observet, vix ac ne vix quidem felicitatem obtinere poterit.

4 Ut natura Legis perfecte intelligatur, primo in genere quaedam  
de Juri-Prudentia praemittenda sunt.

5 Itaque, Juris-Prudentia in genere nihil aliud est quam prudentia  
juris, seu legis.

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

*Hoc sensu, nam et Imprudentia etiam Sruidentia opponitur  
quæ consistit in pravo suorum facultatum abusu & ignom-  
nia veterum utilitatis regularum.*

- 6 Igitur Juris-prudentia vocabulum duas involvit voces, simul et ideas; unam scilicet juris, alteram prudentiae.
- 7 Prudentia in genere est Ars illa, qua homo suis facultatibus, - rebusque omnibus quibus hinc in terris circumdatur, bene utitur, ita nimirum ut ea omnia ad propositum sibi finem, propriam nempe et - veram felicitatem, necessario vergant.
- 8 Dixi 1<sup>o</sup> Prudentiam esse <sup>III</sup> Artem facultatibus suis bene utendi; hinc Prudentia 1<sup>o</sup> nobis suggerit rationem colendam esse, consulendam, et sequendam, siquidem solo rectae rationis usu homo felicitatem adsequatur.
- 9 Verum, quoniam ad vitam tuerendam, felicitatemque promovendam innumeris rebus extra nos positis indigemus, quoniam insuper omnes - homines iisdem premuntur difficultatibus, et Alii aliorum ope atque auxilio omnino indigunt, hinc prudentia hoc respectu in duobus - potissimum consistet, 1<sup>o</sup> in moderato omnium harum rerum usu, et ad veram felicitatem adcommodato, 2<sup>o</sup> in hoc, ne dum nobis consulimus alii noceamus, aut simus impedimento, sed eis potius prospiciamus.
- 10 Effectus itaque Prudentia hic duplex; Primus, nos ad felicitatem dirigendi; Secundus vero, ita agendi ut ceteris potius consulamus - quam noceamus.
- 11 Prudentia hoc sensu usurpata contraria est Astutia, quae nempe ex laesione alterius propria capessit commoda.
- 12 Quae observatio maximi est momenti, usumque frequentissimum in vita civili sibi vindicat. Quaecumque enim ita sunt comparata - ut dum quibusdam prosunt aliis noceant, illa quamvis in se res bonae nec mala esse videantur, penitus tamen sunt rejicienda, quippe cum ad astutiam pertineant Societati sunt exitiosa. Haec de Prudentia.

BIBLIOTHEQUE DE GENEVE



- §1 <sup>v</sup> Juri vocabulum valde ambiguum est, varioque admodum -  
usurpatur sensu, qui sensus ut omnes benè intelligantur ad primi-  
-geniam quæ huic voci subjecta est notionem statim recurrendum  
est, ad quam particulares omnes Juri significationes referri debent.
- 2 Jura ita dicitur quasi jussum, jura quasi jussa.
- 3 Quoniam autem Jussum hominem spectat, ei que injungitur, vim  
nullam habere poterit, nullam virtutem, nullum effectum, nisi volun-  
-tatem ad sui obsequium flectat; nunquam vero voluntatem flectere  
poterit ad obsequium nisi prius a ratione comprobatum fuerit veluti  
medium quoddam quo ad felicitatem pervenire potest.
- 4 Quamobrem prima et latior <sup>vi</sup> Juri significatio ea est quæ Jus -  
accipitur pro eo omni quod à recta ratione comprobatur tanquam  
medium quo compendiosissimè simul ac tutissimè viâ felicitatem  
assequi possumus.
- 5 Ideas itaque Juri duas ideas in se involvit; una est idea jussus  
seu præcepti; Altera vero est idea talis jussus qui a ratione compro-  
-batur quasi medium directionis quo felicitatem possumus assequi.
- 6 2º Latius Jura dicitur à Gallis, Droit, quasi à dirigendo, directo, vel  
recto. Droit en Francoisi est tout ce qui dirige ou qui est bien dirigé.
- 7 Appellationis autem diversitas exinde fluere videtur quod scilicet Jura  
à Gallis eam potissimum ex parte consideratum est quæ medium est  
directionis ad felicitatem obtinendam; dum contra Latini ad ideam  
jussus seu præcepti præsertim respexerint videntur. Hæc de Jure  
generaliori sensu accepto.
- 8 Particulariter Jura tripliciter potissimum sensu usurpatur, 1º pro  
facultate Personæ competente. 2º pro lege. 3º pro systemate  
Legum homogenearum.





Jus, pro facultate seu attributo Personae competente acceptum, definiri potest, Facultas libertatis naturali utendi cum iis quibuscum in Societate vivimus. Eo enim sensu Jus accipitur pro ipsa naturali libertate ea omnia, faciendi quae viribus naturalibus exequi possumus, quatenus scilicet hujusmodi libertatis exercitium comprobat ratio, eique auctoritatem tribuit.

10 Verum quoniam frustra Jura, cuiquam concederentur et prae-rogativa, nisi simul à ceteris omnibus haec Jura Sacro-Sancta haberentur et Servarentur intacta, haec eadem Ratio, quae Jura quibusdam tribuit, ceteris omnibus etiam injungit ne suo Jure utentibus resistant, neve eos in hujusmodi facultatis exercitio turbent; quod uno nomine Obligatio nuncupatur.

11 Obligatio itaque nihil aliud est quam libertatis naturalis circumscriptio, quatenus Ratio nobis injungit ne alios Jure suo utentes turbemus.

BIBLIOTHEQUE DE GENÈVE

12 In dictis itaque tria Axiomata colligere licet,  
1º Jus et Obligationem esse correlata, ita ut nullum sit jus ubi nulla est obligatio, et vice versa.  
2º Nullum esse jus ubi nulla est Societas.  
3º In omni Societate jus esse.

13 Jus pro facultate acceptum dividitur diversimodè. 1º enim est vel Connatum, vel Adventitium.

14 Jus Connatum illud est quod ab ipsa natura hominibus competit, et citrà ullum factum aut institutum humanum.

15 Adventitium verò illud est quod non ab ipsa natura hominibus competit, sed mediante aliquo facto aut instituto humano.

16 2º Jus dividitur in Perfectum et Imperfectum; quibus respondet Obligatio Perfecta aut Imperfecta.

19. Not. Remedium istud coactivum & violentum quo quis juris per-  
fecti denegationem vindicare potest dicitur bellum inter eos qui  
vivunt in Statu Naturae, nullam scilicet Imperii. Communi agnos-  
centes; inter eos qui vivunt in Statu civili pena est vel actio.  
Ius Imperii contra se habet & illius cui inhaeret obligatio  
haec juri respondens pudori ac conscientiae relinquit ejus  
adimplentionem.

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

Burl. P. 1.

5.2.

- 25<sup>o</sup>
- 17 Jus verò Perfectum est illud ad cuius exercitium vis adhiberi potest aduersus illos qui illegitimè nos turbant.
- 18 Jus verò Imperfectum est illud à cuius exercitio si quis fuerit illegitimè prohibitus, inhumaniter quidem tractatus dicitur, non ita tamen ut vim aduersus turbantem adhibere possit.
- 19 Sic v.g. ad vitam aduersus injustum Aggressorem defendendam jus perfectum nobis competit: Verum, si agatur de aliquo humanitatis officio quod ab alio exigimus, v.g. ut viam nobis monstrat, ut per fundum suum nobis permittat transitum, Jus imperfectum duntaxat nobis competit.

Burl. P. 1. Ch. VIII. ix. x.

De Jure pro lege accepto.

§. 2.

- § 1 2<sup>o</sup> Jus aliquando pro Legē accipitur, eoque sensu definiri debet, Regula ab Imperante cujdam Societatis subditis illius Societatis sub interminatione poenae praescripta, ad hoc ut juxta eam actiones suas componant, recta ratione comprobata.
- 2 Dicimus 1<sup>o</sup> legem esse Regulam, omnis enim Imperantis voluntas lex non est, sed illa duntaxat quae tanquam Regula proponitur, i.e. ita ut omnes subditos vel saltem partem eorum in perpetuum obliget, et quidem ad eam quae publicam spectant utilitatem. Et in hoc lex distinguitur à Jussis momentaneis, et ut ita dicam, fugitiuis, quae ad publicam quoque pertinent utilitatem, ac Mandata, proprie nuncupantur.
- 3 Praeterea ut perfectè intelligatur legis definitio, Sciendum est quid sit Societas, quid Imperium, quisnam dicatur Imperans, quisnam subditus, quonam fundamento nitatur jus imperandi, quid sit obligatio in subditis, denique quid sint poenae.
- 4 Societas itaque est multorum hominum in certum aliquem finem conjunctio, unanimitas, atque consensus.
- 5 Societas est, vel aequalis, vel inaequalis. Aequalis illa est in qua

12 falsa Equidem sola vires contra inclinationem meam eò me poterunt permoveere ut malim alterius voluntati tantis per partem quam eius vim experiri. Et ab aliquo ad Imperii sui fundamenta nihil allegare potest præter vim. Latroni similis est qui me cogere non obligare potest.

insufficiencia sola cuius naturæ præstancia Imperantis opifitudinem quidem producit, sed non ius ad dirigendas actiones alterius qui in se habet principium se ipsum gubernandi.

omnes pari jure gaudent, neque Unus ceteris imperat. Inequalis  
verò eodicitur in quò Unus imperat, Ceteri parent. 26

6 Imperans Societatis ille est qui jure seu facultate imperandi gaudet.

7 Imperare verò est contendere ut Alii ad prescriptum voluntatis  
nostrae Actiones <sup>suas</sup> nostras componant.

8 Hinc patet ridiculum esse imperium sibi vindicare, nisi reverà nobis  
competat jus imperandi, i. e. nisi recta ratio agnoscat hanc facultatem  
nobis competere, simulque ejus exercitium approbet.

9 Jus imperandi itaque est facultas illa quam recta Ratio in aliquo  
Ente agnoscit, dum assentitur ut Unus aliquod imperet, Ceteri verò paveant.

10 Sequitur ut videamus quibus fundamentis nitatur jus imperandi.  
<sup>XII.</sup>

11 In varias abeunt Sententiae Doctores; Quidam enim jus imperandi  
à solis viribus oriri contendunt, et in insuperabili potentia positum esse:  
<sup>ut Hobbesius.</sup>  
Alii verò a solâ prestantiâ et dignitate naturæ illius qui imperat, jus  
illud Imperandi derivant.

12 Verum hæc fundamenta juris imperandi, aut falsa nobis videntur,  
aut saltem insufficientia.

13 Itaque ut intelligamus quænam sint vera et genuina juris imperandi  
fundamenta, hoc unum duntaxat inquirendum est, quibus fundamentis  
nitatur hæc rationis approbatio, quâ assentitur ut Unus aliquod hanc  
sibi vindicet imperandi facultatem.  
<sup>XIII.</sup>

14 Facile autem animadvertimus hanc ob causam duntaxat Rationem  
assentiri ut Unus aliquod alteri imperet, quod illud summâ simul et  
beneficâ potentia donatum esse intelligat.

15 Dixi 1<sup>o</sup> Potentiam; Aliâ enim Imperium evadit inane atque inefficax,  
nisi potentia nitetur et corroboraretur.

16 2<sup>o</sup> Requiritur Potentiam Beneficam; si enim eam Maleficam hypo-  
-namus, ea quidem Coactionem et Metum in multorum animos poterit

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

22. Hinc perfecta dicitur Lex quae duabus constat partibus, parte scilicet declarativa sive definitiva quae dicitur Enunciatio & parte sanctionis quae Sanctio uniuersalis. Sicut enim in eo qui actiones alterius per se est directurus duo regulantur, tum ut ipse intelligat quid alteri prescribi conveniat, tum ut vires habeat contrauenti repressitandi, ita quoque Lex qualiter ex 2<sup>us</sup> part. constare necesse est: per aliam debemus Imperans quid faciendum quid omitti. Stagroniis, non occidit. Per aliam significatur quod nam malum rem proceptam omittenti reprobam faciendi sit periculum. Perfidus pro re nata puniatur. Homicida morte plectatur.

24. His generalibus positio non dum dicit Author hominem obligationi subjacere sed tum eum aptum esse ad eam recipiendam, seu Deum se hominibus prescribere potuisse: ejus argumenta deducuntur

Puff. 57

4.5.

in iurare, qui metus eo maior erit quo majori potentia. In illud donatum  
esse intelligemus; verum voluntatem nunquam, flectere poterit ad  
obsequium, aut veram parere obligationem.

17 Eo enim est Hominis in quem Imperium exercetur natura, ut que-  
-cunque agat ea felicitatis consequenda causa agat, neque quicquam  
Ratio pro recto agnoscere possit, nisi quod ad hunc finem tendat, ac proinde  
nunquam Malefica Potentia imperio poterit assentiri homo, aut eidem  
se se mancipare.

18 Divera autem sunt, cogere, et obligare. Illud enim solis naturalibus  
viribus efficitur; hoc vero nequaquam, sed obligationis vis omnis et virtus  
in ratione posita est.

19 Uno verbo, ut In ratione predictum alterius Ontis subeat imperium,  
illud Imperium tales esse debet ut, remoto etiam omni potentia metu,  
Sola ratio ei suggerat, aptissimam simul et efficacissimam sibi consulendi  
viam hanc esse, si quis ad huius Imperium se submittat.

20 In his itaque fontibus, Summa nimirum et beneficentia Potentia derivat  
Ius omne Imperandi.

21 Itaque Beneficentia nunquam a Potentia, se jungenda est, aut haec  
ab illa; etenim apud eos apud quos beneficentiae rationes sunt insuffici-  
-entes, vis et metus potentia Imperantis eundem effectum producit, eoque  
ut ut invito ad obedientiam rapit.

22 Lex cujuslibet legis perfecta duae distinguuntur Partes; Una legi-  
-latoris dispositionem continet, scilicet quid sit faciendum vel omittendum;  
Altera poenam indicat, quae proposita est illis qui contra legem fecerint,  
quaeque Sanctio nuncupatur.

23 In dictis facile intelligi potest, quinam sint subditi, scilicet subditi  
dicuntur, illi quibus incumbit obligatio alterius Ontis imperio parendi.

24 Quod autem homo ad recipiendam obligationem sit aptus, duplex

Puff. § 7

§. 4. 5.

deducuntur ex natura Dei & hominis. Quia enim Deus vitam  
hominibus dedit et omnia quibus fruuntur bona, eo ipso jus habet pres-  
cribendi ut hoc vel illo modo actiones suas componant et hac  
vel illa ratione facultatibus & bonis ab eo sibi concessis utantur.

Homines autem sunt natura intelligentes quae facile percipiunt  
sensum sibi impositarum. Sunt Entia libera quae proinde  
de prestare possunt vel omittere id quod ipsis praescribitur.  
Sunt Entia volupt. & doloris capacia quae proinde praesens vel  
paenis proterunt affici prout egerint. Datur vero in Deo  
potentia quae ad ipsos beatos vel summam miseriam affici-  
endos sufficit, prout ipsi fuerint morigeri aut immorigeri.  
Ad hoc itaque quicquid occurrere necesse est ut illi homines a  
Deo potuerint praescribi.

26. periculosus etenim quod est supra vires erigere crudelioris  
foret sapientiae, vetare ridiculi  
utilis. Supervacuum enim foret imò tyrannicum naturalem  
libertatem restringere si nulla inde inveniatur utilitas.  
addo sapientem debere attendere ad id quod frequentius accidit,  
non quod ex inopinato.

27. res adeoq. advena & peregrina.

28. Dispensatio est actus ille legis. quo quod a obligatione legis eximit  
salva ceterorum respectu legis potestate. ex. sit. Venia etatis,  
matrimonii in gradu prohib. permissio, gratia delicti &c.  
a Disp. multum differt Equitas seu Interpret. juxta Equitatem  
quae est dextera legis interpret. quae naturali ex ratione ostenditur  
quasi speciem aliquam sub lege generali non comprehendit,  
eo quod alias absurdi quid aut iniqui foret sequendum.  
Cum enim ob infinitam varietatem casus oes neq. provi-  
deni neq. expriri possint, ideo Judices quorum officio in-  
cumbit generalia sibi praeccepta ad casus speciales appli-  
care, debent a lege excipere eas factorum species quas  
ipse legis & excepturus fuisset si providisset eas. Ex. dabo  
ait Lex homicida morte punitor. An ei suberit qui observato  
in moderamine inculpata turba injustum aggrefforem occidit?  
Plurimum ergo diff. Disp. & interp. juxta Equit.

1. enim

s. 6.

Diff. s. 8.

s. 9.

s. 10.

Dust. b.



est Ratio; 1° quod homo habet unum rationis, cuius opes et iura Imperantia cognoscere potest, et in diversas partes actiones suas flectere. 2° quod homo naturâ suâ Superiorem agnoscat. Quæ duo requisiti omninò necessaria sunt ut in aliquod obligationis sit capax.

s. 6.

25<sup>xvi</sup> Legum finis et scopus est, ut juxta illarum præscriptum subditi suas actiones componant; quod ut obtineatur in primis cognitio requiritur, eum ipsius legislatoris, eum etiam legis (quod fit per promulgationem)

Suff. s. 8.

26<sup>xvii</sup> Legum materia sunt Actiones subditorum, quatenus earum directio eis est possibilis et utilis.

s. 9.

27<sup>xviii</sup> Si omnes lege obligari possunt, qui legislatoris Imperio sunt subditi.

s. 10

28 Quos autem obligare voluerit legislator ex ipsâ legislati perpicitur.

29 Regulariter itaque lex obligat omnes legislatoris subditos in quos ratio legis quadrat, et apud quos materia legis applicari potest.

30 Hæc ita se habent quamdiu subditis eadem: verum fieri potest ut legislator legem variis rationibus immutet; vel enim penitus et simpliciter legem tollit, vel legem contrariam sancit, vel aliquid legi adijcit, vel ab eadem aufert, vel denique quordam subjectos à legis obligatione solvit, quod dispensares vocatur.

31 Circa Dispensationem duo observanda sunt, 1° eum duntaxat solvere posse, legibus, cui legis ferenda potestas competit. 2° legislatori in primis cavendum esse, ne citrà gravissimas causas indulgeat dispensationibus, aliâ enim legum authoritas exinde convelleretur.

Burl. Princ. s. 1. chap. xi. De Variis Actionum Humanarum Qualitatibus respectu legis.

§1 Actiones Humanae ex relatione quam cum lege habent, varias contrahunt qualitates et denominationes.

2 In genere Actiones Humanae à lege dicuntur Morales. Est itaque Moralitas Actionum affectio illa, quæ ex relatione ad legem omnibus

quam angusta inno-  
centiarum ab Legem  
bonum esse, quanto  
tantius officiorum pa-  
tes quam juris regula  
quam multa pietas  
humanitas, liberalitas  
justitia, fides exi-  
quant, quod oio extra  
publicas tabulas  
aut. Senec. de ira  
lib. 2.

1. enim Disp. ab oblig. legis eximit hominem ceteroquin ei Subjectum  
hæc vero ostendit casum quemdam sub lege nunquam fuisse  
comprehensum. 2. Disp. a solo Imper. fit. hæc ab Interpretata  
Judice 3. Illa fieri potest, hæc debet.

5. Licita dupl. generis sunt. Quædam simul justæ & honestæ sunt i.e.  
nontum fieri possunt sed et approbante Legis. fiunt. Sic licet rem  
nullius occupare, testam. condere &c. Quædam contra licitæ  
quidem sunt at in se non honestæ e.g. divorcium facere, concubinam  
habere, intra dimid. justæ pretii cedere &c. quæ hæc facti in foro  
hæc non puniuntur, verum ejus conscientia vellicatur. Hinc Seneca  
f. quædam suspensum est ad Legem bonum esse et l. 144 de R. J. non  
omne quod licet honestum est.

Bart. Princ. 1. x. §. 5.  
Sic not. 80

Ex eâ aut. divisione ductâ ex modo quo Lex de iis disponit sequitur  
Legem distinguere in Obligatorem & Permissivam. Obligatus  
quid fieri jubet vel prohibet, damnum datum separa. Noli cadere.  
Permissivâ quid fieri permittit Legis lator, quod mihi facere videtur  
corp. so quo de hoc silet. Cessante enim Legi obligatione viget  
libertas naturalis. Ubi inquit nullum esse Legem sine obliga-  
tionem. Resp. Omnino adesse oblig. Obligatus enim totum genus  
humanum (loquor de L. Nat) ne quem unum libertatis sua mobi-  
beat. Sic e.g. quia Deus oibus hominibus permisit ea quæ nullius  
sunt suis, unibus applicare & dominia rerum constituere,  
non possunt non injusta atq. illicita videri furti, ra-  
pina, defraudationes &c.

11. Actiones sunt objectam legis Nat. permissivæ & confuendun-  
tar cum licitis.

12. Actio justa potest dici ea quæ voluntati Legis. convenit & tunc  
eadem est ac bona actio, verum Idem, justitia ut plurimum  
involvit respectum ad eos in quos actio exercetur & tunc  
venit

5.11

Puff. 3.1

in ep. parte debu-  
suscepta a lege  
ex bona int. est  
honestum et  
licita.  
vel factum in  
conscientia quæ  
justum est j  
cuicq. tribuere  
omnem dit. im-  
Israel ex met u  
sper. promiss

5.11

actionibus inest; omnis ergo Moralitas est à Legge.

§. 11

3

Dupliciter autem Actionum Humanarum moralitas potest considerari, 1º Rationis modi quo lex de iis disponit. Eoque sensu Actiones sunt vel Necessariae, vel licitae.

4

Necessariae Actiones sunt illae quae expressè, lex injungit, vel prohibet: Hincque Actiones necessariae in Praecepta et Prohibitae dividuntur.

5

Licitae verò dicuntur illae quarum suscipiendarum vel omittendarum, jus lex nobis concedit.

Puff. §. 11.

6

2º Moralitas Actionum, considerari potest ratione convenientiae vel pugnantiae actionum cum lege, eoque respectu Actiones Humanae dividuntur in Bonas, Malas, et Indifferentes.

in exparte debuisse suscepta à licite & potestate ex bona intentione, ad finem honestum et per media licita. vel sicuti dicitur in justo pro nunciatio quia dicitur 8 justum est, jus humani cuiq. tribuere bonam actionem edicit: malum contra Israel ex metu vel ex spe promissio id faciat 9

Actio Bona est quae in omnibus cum lege obligante convenit. Dicitur in omnibus; etenim, ut Actio aliqua bona sit, omni ex parte et quoad omnes circumstantias cum lege congruere debet.

Actio Mala, ea dicitur quae cum lege obligante, vel in toto tum, vel saltem aliquà ex parte, repugnat.

Actio denique Indifferens multiplici sensu dicitur: 1º vel enim Actio dicitur Indifferens, ex eo quod indiscriminatim quamlibet legis dispositionem recipere queat, i. e. vel à lege praecipere, vel prohiberi, vel simpliciter permitti; eoque sensu non omnes Actiones humanae indifferentes sunt, quae enim, cum humanam felicitatem necessariam habent convenientiam vel pugnantiam, necessario quoque vel juberi debent, vel prohiberi.

10

2º Actiones Humanae, si Physicè considerentur, et simpliciter ut motus naturales, citrà ullum respectum ad legem, Indifferentes quoque dicuntur.

11

Denique 3º Actio dicitur Indifferens, quatenus à Legge ejus suscipiatur aut omisso Homini permittitur.

§. 12. 13.

12

Actio Iuxta in genere eadem est ac Bona Actio; vox enim iuxta necessariam involvit cum lege convenientiam.

verum est act. bonam & justam differre: nam justa actio  
ex hypocrisi vel formidine potest parata bona non erit  
quia si ex parte non confertur et <sup>honesti</sup> principis facti &  
decori.

14. generaliter tria habet objecta Deum, nosmet ipsos & alios  
hōes, vocaturq. Pietas, temperantia & iustitia. Strictè sic dicta

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

3. illis qui beneficia & potentia

Si immediate cum scilicet apud Judaeos durante Theocrazia. Magis  
tratus constituebat

Supp. 5.15

5.16

- 30
- 13 *Iustitia interdum Personis, interdum Actionibus tribuitur. Vir Iustus, Actio Iusta.*
- 14 *Cum Iustitia Personis tribuitur, virtutem seu habitum animae designat; eoque sensu vel generaliter usurpatur pro Collectione omnium virtutum; vel particulariter pro officiis illis quae ad alios homines pertinent*
- 15 *Lo respectus Iustitia definitur Constanti et perpetua voluntas ius suum cuique tribuendi.*
- 16 *Injustitia, quae Iustitiae opponitur, duplici quoque sensu usurpari potest; vel generaliter, pro pugnantia Actionum Humanarum cum lege, vel particulariter, pro denegatione eorum officiorum quae ceteris debentur.*

De Variis Legis Divisionibus.

§. 16.

- §1 *Lex in genere varias patitur<sup>xxii</sup> divisiones. Et 1<sup>o</sup> quidem ab Authore, Lex est vel Divina, vel Humana.*
- 2 *Scilicet, Imperii simul et Imperantis duo generas distingui possunt; Unum est Imperium Eminentius seu Primarium; Alterum vero Secundarium. Hinc Imperans vel Superior, vel Inferior; vel Divinus, vel Humanus: hinc quoque Lex vel Divina, vel Humana.*
- 3 *Superior Imperans dicitur ille qui propria et interna sua natura omnibus illis qualitatibus, et quidem in gradu eminentissimo, praeditus est, quae ius imperandi tribuunt; Cu qua definitione liquidò patet, soli Deo eminenti hoc et primarium Imperium competere.*
- 4 *Imperans vero Inferior ille est, qui non ex se ipso et propria sua natura, gaudet facultate imperandi, sed duntaxat ex voluntate, hypotemi illius et Communis omnium Imperantis, nimirum Dei.*
- 5 *Hoc autem dupliciter fieri potest, vel immediate, ex iussu Dei expresso, vel mediate, nimirum per conventiones et pacta.*
- 6 *Hinc tandiù durat Ius Secundarii Imperantis quamdiù iussum Divinum idem constat, et permanet; aut quamdiù pacta conventa*

Handwritten text in a cursive script, likely a historical document or manuscript. The text is arranged in several lines across the top half of the page.

Handwritten title or section header, possibly indicating the subject of the document.

Handwritten text in a cursive script, continuing from the top section. The text is arranged in several lines across the bottom half of the page.

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

- 21
- Subintere possunt: et hujus generis est omne Humanum Imperium.
- 7 Lex Divina rursus est vel <sup>xxiii</sup> Naturalis, vel Positiva.
- 8 Naturalis eam est que cum naturam humanam ad deum convenit ut solius rationis ope cognosci possit.
- 9 Positiva vero illa est que necessariam non habet cum natura hominis convenientiam; queque ideo non nisi expressam Dei promulgatione cognosci potest. Quales erant II. *Carim. x Polit. Judais* a Deo dante.
- 10 Sic ita de Prudentia et Jure <sup>xxiii</sup> separatim expositis, jam perfecte intelligemus quid sit Juris-prudentia.
- 11 Scilicet Juris-prudentia nihil aliud est quam Prudentia Juris seu Legis.
- 12 Cum enim eam sit hominis natura et conditio ut naturali ratione, necessario a superiori Imperio et potestate pendeat, hinc manifestum sequitur, veram et unicam humane felicitatis consequendam viam hanc esse, si ad prescriptum voluntatis superioris suas componat actiones, ac proinde veram prudentiam esse Prudentiam superioris seu Legis, uno verbo Juris-prudentiam.
- 13 Generaliter itaque Juris-prudentia definiri potest, At illa qua leges conduntur, explicantur, et ad hominum actiones applicantur. Quae ergo comprehendit munus Legislatorum, Doctorum et Judicum.
- 22





De lege naturali in genere.

- 1<sup>i</sup> Naturā legis in genere expositā, sequitur nunc ut ad legis -  
Naturalis considerationem deveniamus, siquidem lex naturalis  
aliarum omnium legum basis est et fundamentum.
- 2<sup>o</sup> Quaecunque autem de lege naturali dicenda sunt, ad duo capita  
generalia revocantur, 1<sup>o</sup> scilicet videbimus, quid sit lex naturalis, et an  
reverā detur? 2<sup>o</sup> Naturam et indolem legis illius particulatim  
explicabimus.
- 3<sup>o</sup> Lex naturalis itaque definitur lex Divina omnibus Homini-  
bus à Deo Creatoris præscripta, quamque ex Humana natura contemplatione,  
et solius rationis opes dignoscere possunt.
- 4<sup>o</sup> Hic igitur ante omnia tria investiganda sunt; 1<sup>o</sup> scilicet an detur Deus?  
2<sup>o</sup> an Deo competat Imperium in Homines? 3<sup>o</sup> Denique an reverā  
suum Imperium Deus exerceat in Homines, cuique leges ipsā dederit.
- 5<sup>o</sup> Dei existentia multis argumentis evincitur; Primum deducitur ex  
necessitate Entis alicujus æterni quod per se existat 2<sup>um</sup> ab origine  
mundi. 3<sup>um</sup> à finibus rerum. 4<sup>um</sup> ab origine motus. Alia multa  
hic superaddi possunt que brevitate causa, omittimus.
- 6<sup>o</sup> Quod autem Deo eminenti et primarium Imperium in homines -  
omnes competat, ex eo probatur quod Deus propria et intestina sua  
naturā iis qualitatibus, et quidem eminentissimo in gradu, præditus  
sit que jus imperandi tribuunt; nimirum summā potentia, summāque  
beneficentiā aut bonitate, Deus præditus est, ex quibus fontibus -  
nascitur omne jus imperandi, adeo ut naturali ratione incumbat  
omnibus hominibus obligatio Divino Imperio sese mandandi;  
neque exceptionem ullam huic Imperio obficere possint. Constat

Jur. Princ. Ch. 1. §  
5.4-10

§. 11

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

quibus Legi Nat. ea sententia vincitur. Attendatis, quod ad Dei *benignitatem*  
qui cum ordine delectetur, sed operis perfectione, eximiorumque fine  
sibi proposuerit, pati nequit ut Libertas hominis quaqua versum fuerit.

2<sup>o</sup> ad eiusdem *bonitatem*: cum enim se ut eius optimum exhibet  
corpore iudicat suam esse voluntatem ut homines conueniant. Sta-  
diosi quo ad veram generis humani felicitatem ducunt, quibus  
idcirco Legem promulgavit quae ad ipsum iis promulgatur.

3<sup>o</sup> Si ad societatem Deus homines finxit (de quo dubitari nequit si  
<sup>perpendamus</sup> facultatem loquendi, propensionem ad ceteros imitandos, ad  
sobolem procreandam; varias artes homini conuenitas; tandem quod  
ex solitudine nascitur oritur) si inquam ad societatem Deus ho-  
minem creauit, fieri non potest quin vellet ut id de praestet  
quod ad societatem tuendam eiusque felicitatem promouen-  
dam conducit, vult ut homines se non laedant, sed contra se in-

vicem iuuent &c. dum ergo per rationem docet nos ad soci-  
etatem nato, esse promulgat Legem quae praescribit ut  
ita agamus.

Si 4<sup>o</sup> in nos descendimus, noue varia moni-  
mentis se offerunt propria circa modum quo actiones nostrae  
sunt dirigendae, quibus auctoritate vestram deuegare non  
possumus. Haec omnia, deusque noue confirmantur ex  
generali gentium omnium consensu in *L. illis agnoscendis*.  
sic ergo probauimus Deum Leges hominibus dedisse.

9-13. Quaedam sunt naturae suae congruent hominum naturae, relati-  
onibus, perfectioni ac felicitati, quaedam vero his aduer-  
santur; inter ea non minus, reale datur discrimen ac inter  
lumen ac tenebras; discrimen illud est fundamentum *L. Nat.*  
Si quorundam quare Deus quaedam hominibus pres-  
cripserit quaedam prohibuerit; respondere debet, hoc ideo factum  
quia illa cum hominum natura, relationibus, perfectione ac  
felicitate congrue dant, haec iisdem repugnant. Si rogetis  
cur Deus his rationis dictamina sua sine Legi accommo-  
daverit; responderem hoc ideo factum ut homines latius ad felici-  
tatem ducerentur. <sup>Se</sup> Qui negauerit se percipere hanc conue-  
nientiam vel discors, rogarerem ut aperirent oculos, quos  
si pertinaciter clauderet cum caecis de coloribus mihi non  
esset disputatio.

Hactenus itaque ostendit Author quale sit *Scipiam esse* quod  
quod

Burl. Prin  
P. II. Ch. II

Burl. Prin  
P. II. Ch. II

BIBLIOTHEQUE  
DE GENEVE

itaque et Deum esse, eique summum Imperium in Homines competere.

Burl. Princ.  
p. II. Ch. II.

7 Quod verò Deus imperium suum in Homines exerceat, iique leges præscripserit, ex eo probatur quod natura hominis non patiatur ut vivat exlex, quandoquidem homini non liceret esse salvo et incolumi nisi certas vivendi regulas observaret.

8 Cum itaque Deus velit Homines bene esse, vult etiam ut ad præscriptum certarum Regularum actiones suas componant; Qui enim vult finem velle, etiam medios intelligitur. Atque sic probatur, Deum legem Homi- nibus dedisse.

IV

9 Jam itaque Imperantem habemus, nimirum Deum; jam subditos, scilicet Homines: restat tantum in obscuro undè voluntas illa Divina, et quo iudicio cognosci possit.

Burl. Princ.  
p. II. Ch. III. IV

10 Nulla autem alia via nobis superest ad Leges Naturales investigan- das, earumque principia, quam si ratione Duce naturam et conditionem Hominis accuratius contempserimus.

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

11 Verum antè omnia hæc duo Principia supponenda; Primum, Quicquid est in naturâ Humanâ, vel quicquid ex eâ naturâ necessariè educitur consequentiè, Deum ipsum habet Authorem, ac proindè pro voluntate Dei seu pro lege naturali haberi potest.

12 Secundum Principium. Ut perfectam habeamus et accuratam syste- matis legum Naturalium notitiam, non modò hominis naturam in se ipsâ consideranda, et abstractè ab aliis vitiis quæ hominem undequaque circumdant, sed insuper homo in eo statu et conditione, in quâ vivit considerandus est, et sub variis relationibus quæ inter eum et alia v- ticia dantur.

VI.

13 Generales itaque legum Naturalium fundamentum est, natura Humana in omnibus suis circumstantiis considerata, et à Deo in certum finem formata; quatenus scilicet ex consideratione Naturæ Humandæ

2

quod vocant, seu fundamentum ll. Natur., seu Norma actionum  
humanaarum est Voluntas Dei. fons ex proprio origo omnis justitiae  
omnis obligationis: hanc invem conseruunt oes Juris Nat. pro-  
bati auctores; sed unde nam illa Voluntas possit innotescere,  
quale sit proprium cognoscendi Jus Nat. in eo dissentiant Jur. Nat.  
Scriptores. Putat author facile leges Nat. percipi posse ab elici  
ab eo qui oculo attento & rationis ope Naturam humanam  
in oibus suis circumstantiis considerabit: qua nam sicut docet.

21. Monet author frustra laborare Juris Nat. scriptores in quaerendo  
unicoproio, i.e. propositione universalis ex qua oes Juris Nat. <sup>conclusiones</sup> ~~propositiones~~  
possent derivari, inter quos non nominat sed id indicat Luffend.  
qui putat oes ll. Natur. ex socialitate posse elici. Principium  
quidem illud est verum quoniam ex intentione Dei hoies ad  
vitam sociale sunt obligati; sed ex eo quod proprium aliquod  
juris sit verum an sequitur illud esse unicum & ad aequum?  
Tale esset si oia officia quae dicitur natura exinde possent peti,  
quales sunt officia erga Deum & nosmet ipsos. Equidem  
Luffend. docet, Colendum esse Deum, quia Religio vinculum  
est Societatis, Deum enim quod ult ad sui conservationem esse  
obligatum, quia aliter illud sociale vivere non poterit.  
sed cum haec officia locum haberent etiam si homo solus  
extra oem societatem viveret, proprium socialitatis quam-  
vis latissimum & frequentissimum unicum esse requirit.  
Non igitur Luff. naturam humanam cum oibus suis cir-  
cumstantiis consideravit dum unice hominem sociale  
esse asseruit, est enim etiam efformatus a Deo Religiosus  
& sui amans. Nec putandum ea officia sibi invicem esse opposita  
quia potius inter se colligata esse, <sup>id est naturam operum practican</sup> verissimum est cum ex eodem  
fonte deducantur. Qui enim Deum timet & venerandus is facilius  
exequitur ea officia quae seipsum, singulos hoies & univ. societatem  
spectant. Qui seipsum, ut oportet, amans animi corporis q. dotes  
& facultates excolit, humano generi optimam navabit operam.  
Dicetis inter haec varia officia Conflictum esse posse, hominem q.  
in talibus versari posse circumstantiis quibus aequali ratione non  
omnis possint seruari. Fateor; tuncq. Minori obligationi  
potior anteponenda; ita ut prior ratio habeatur officiorum  
in Deum; si privatum nostrum commodum cum publica utilitate  
pugnet

Grotius addit  
confusum oium gentium

§. 13.

Puff. 1. 11  
ibi q. 11

voluntatem Dei exuere possumus.

14 Hic itaque promissis, Homo eriglici potissimum ratione considerari potest; 1<sup>o</sup> vel quatenus a Deo creatus omnia ex ejus potentia et beneficentia percipit. 2<sup>o</sup> vel quatenus animam et corpore constant utriusque conservationem et felicitatem necessariò appetit. vel 3<sup>o</sup> quatenus Deus humani generis felicitatem intendit.

§. 13.

15 Hinc tres sunt Juris-prudentiæ Naturalis Partes, triplex quoque Juris Naturalis principium, Sc. amor ergà Deum, amor sui ipsius, et denique Socialitas ergà alios Homines.

16 Ex Religione derivandum itaque jus omne Dei in homines, et eorundem hominum ergà Deum obligationes et officia. In 1<sup>a</sup> ergò Juris Naturalis Parte, primum principium hoc est, Deo parere, et Deum colere.

17 Obligatiori huic primæ ergà sui Authorem proxime sunt alia, cum ergà nos ipsos, cum ergà alios homines; Altera itaque Jurisprudentiæ Naturalis Pars leges suas rite derivabit ex hoc principio, Fac ea omnia quæ ad vitæ conservationem, animique perfectionem, ac proinde ad veram felicitatem conferre possunt. Hoc enim ab Homine expostulat sui ipsius amor omnium cordibus à naturâ insitit.

Puff. l. III. §. 7.  
ibid. Hein.

18 Denique et quia res ipsa loquitur, hominem non ad solitudinem, sed ad societatem esse, natum, ad eòque extra societatem vitam felicem transigere non posse, consequens est ut pronus sit et inclinatus in pleniorrem hanc societatem cum aliis excolendam; hinc in 3<sup>a</sup> Jurisprudentiæ Naturalis Parte statuitur hoc principium, Socialiter vive.

19 Hic autem non loquimur de societate civili, aut aliâ societate particulari, sed de naturali illâ et universali societate, quæ inter omnes homines intercedit, et ab ipso Deo fuit instituta, quæque ad eò definiri potest, hominum omnium in certum aliquem finem, scilicet felicitatem, ab ipso Naturæ Authore instituta conjunctio.

publica utilitas anteponenda. Sed hic nulla est oppositio sed  
ordo tum ex Dei Voluntate manans.

22. Recta ratio est medium quo Lex Nat. fuit promulgata, unde &  
naturâ nota dicitur, quod non nota est intelligendum ac si notitia  
Lex Nat. esset conuata & per modum habitus cuiusdam innati  
prima inculcantis principia infantibus inuenit. Sed quod homo  
rationis usu pollens natura hum. conditionem considerando,  
facile juris natur. præcepta inde elicere possit.

23. Effectus Leg. Nat. est obligatio. Sed audiatur an ex Dei volun-  
tate, an vero tum ex sola rerum natura seu an ex eo obliga-  
tur homo ad patranda actionem quod sit laudanda, excellens,  
an ex eo teneatur factum omittere quod vituperabile sit.

Resp. Convencitio aut Discordientia actionis cum natura  
humana, seu ipsa excellentia aut turpitudine, ejus patrationem  
aut omissionem **BIBLIOTHÈQUE DE GENÈVE** quoad se potest, sed ex necessitate obligare  
nequit. Obligatio enim supponit Imperantem i.e. Naturâ  
intelligentem extra nos positam quæ habeat jus liberta-  
tium nostram restringendi omnibus vitæ regulas præscri-  
bendi. Enimvero si daretur obligatio quædam seposito Im-  
perante hæc oriretur vel ex ipsâ rerum natura vel ex  
nostra ratione. Remm natura obligat. producere nequit,  
sed adit vehementer, movet ad agendum, sed aliquid amplius  
requiritur ut vitam nostram hæc conformemus. Ratio  
sola per se nos non collocat in necessitate vivendi juxta  
Ideas quæ animo nostro obversantur; Ratio enim nostra  
à nobis ipsis non differt, at vero nemo se ipsum obli-  
gare potest, quia obligatio ex voluntate obligati vim suam  
non habuit, cum <sup>pro</sup> ejus lubum dissolvi possit. Equidem  
non nego speciem obligationis nobilissimam hæc esse  
quæ sapientes viros probos movet virtutis amorem quæ  
obligatio Internæ unucupatur a DD. At hæc non sufficit:  
jus

Grotii  
consp.

Syst.  
Hobb.  
exhibet  
Poccius  
741. 27

positio sed

unde & acti notitia ordinati quod homo considerando,

Dei volun- ex eo obliga- da, excellen- sibile sit.

cum natura s patrationem- te obligare

i.e. Natura- t jus liberta- las prescri- seposito Im-

ura vel ex- uere nequit; quid amplius

remus. Natu- vendi juxta- enim nostra

ponam obli- gationem

Equidem- hanc esse- morem qui- ou sufficit:

jus

ius enim natura quoniam bonis & improbis, sapientibus & stultis commune, ut si quos ratio in officio continere non possit id faciat metus ejus à quo pendemus. Hanc obligationem externam dicta in animo habet Author.

Ex supra dictis explicanda venit affirmatio hanc Grotii in vitium versa à pluribus: Post stabilita fundamenta juris natura, addit: Jurumque dixi aliquatenus locum habere etiam si neque Deum esse, vel etiam neque eum rerum humanarum curam suscipere. quid hoc sibi vult Grotius: Hoc unum contendit, quod etiam si Legislatoris Dei nulla interveniret auctoritas, necesse tamen esset hominibus vel ob auctorem rationis imperium Juris Nat. precepta colere, quoniam precepta illa ex ipsa rerum natura adq. hois indole deducuntur, quoniam hanc voluntas Divina que facit normam act. nostrarum non est voluntas plane arbitraria & cerebrina, sed voluntas natura nostra à felicitati omnino adcommodata:.

Huc usq. cum Authore. Superest ut quorundam sententias celebres tribuamus.

BIBLIOTHEQUE DE GENÈVE

quod censendum de ea Hobbesii opinionem obligationem L. Nat. oriri ex seipsum voluntate qui faciunt, justa imperando, injusta vetando.

venum attendatis: Principes ipsos debere auctoritatem suam L. Nat. suadentibus ut regimen societatis alicui committatur cui ceteri pareant: non igitur ipsi auctoritatem L. Nat. conciliare queunt

2. L. Natur. Decreta innotescunt antequam de Principibus cogitatum fuerit. 3. Juxta eam sententiam nihil foret tyrannicum; Principe furto, cades, adulteria jubens mali quicquam nihil faceret: imo &

ipsi homines a Legis Nat. observatione solvere possunt. Ergo ipsi Principes in Legem Nat. delinquere non possunt. Ergo in statu naturali nul-

lum officium, cum nulla sit Lex

alius erroris fundamenta jecit idem Hobbesus. Statuens pacta inter hoies inita fundamentum esse obligationis quæ ad L. Nat. observan- das tenemur, ita ut ad nihil teneamur priusquam pacto inito ad

id

Syst. Hob. ex lib. 6. Coccinius 71 p. 279

id nos obstrinxerimus. Verum ex hujus scilicet veritate sequeretur  
hominem ad nihil obligatum iri qui solus in insula aliqua tra  
ceterorum hominum consortio remotus viveret, qui tamen ad Deum  
colendum & se ipsum conservandum obligaretur. Praeterea haec opinio  
nequit admitti priusquam supponatur aliquid esse ad quod obli-  
gauerit autem nullum pactum inihem puta ad fidem datam servan-  
dam, aliter ad hoc ipsum pactum observandum neutiquam tener-  
mur: primum enim pactum quo ad aliquid nos obstringimus sup-  
ponit Legem decernentem pactis standum esse, quae Lex proinde  
gaudet aut horitate a pactis non pendente.

Haec de obligatione quam parit Lex Nat. Non possum autem ulterius  
pergere ~~post~~ terquam relinquere hoc momentosissimum caput quin  
redeam ad fundam. Ll. Natur; ~~et~~ opinionem <sup>quorundam</sup> Grotii ob oculos vestros  
positurus. Diximus fundam. Ll. Natur. situm ~~ita~~ in voluntate Divina  
non quidem plane arbitraria sed natura nostra accommodata:

Poterat scilicet Deus hominem <sup>formare</sup> ad libitum; sed postquam naturam  
religiosam, sui amantem, socialem ~~providit~~ non potuit aut potuit  
sibi ipsi repugnare eidemq. officia natura sua contraria injun-  
gere; <sup>hinc</sup> hominem ~~igitur~~ convenienter naturae suae obligavit. Penitus  
ergo est intrinseca natura huius. ~~secunda~~ elicienda Ll. Nat.

Grotius duplex ponit earundem principum 1. socialitatem 2. Con-  
sensum omnium gentium. De socialitate diximus verum esse principium  
sed insufficientem. At nullo modo. Jus natura quare potuimus in iis  
in quibus oes homines consentiant. hoc enim admisso totum jus Nat.  
corrueret, cum nullum sit forsau placitum in quod oes homines con-  
sentiant; inde sequeretur hominem contra jus naturae peccare non posse  
cum eo ipso quo ceterorum consensui adversaretur maneret  
generis universi consensus adeoq. Lex quam violasset nulla  
<sup>aburdum</sup> ~~non~~ denique mihi videtur Ll. Nat. ab eorum consensu estimare  
qui sapientius eas violant quam observant.



her  
tra  
cum  
re opinio  
od obli  
servan  
i tenere  
us Sap  
iude  
ulterius  
quatin  
s vel hos  
ta Divina  
ta:  
naturam  
aut potest  
injun  
nitatis  
t.  
Cou  
ppiam  
s inuis  
jus Nat  
ves con  
ou posse  
eusemet  
ulla  
otimare

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

*[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

cinad. Buff  
c. 9. 5. 1. 5  
Coll. N. p.

§. 12.

Burl. Pri  
i. Ch. v  
- ch. vii. 5

Cocop. 522

Puff. 1. 11. 5  
Burl. Pri  
P. 1. Ch. 12

De Off. h  
1. 11. 5. 8

20 Et hoc insuper observandum est, tria hæc generalia præcepta, utut a se invicem distincta, nihilominus tamen sibi non esse opposita, imò verò naturali ratione inter se colligata esse; quippè omnia ex eodem fonte, naturæ sc. humanæ, deducuntur. f.

in ad. Buff.  
c. 3. s. 1. §. 9.  
Coc. Ti. p. 298. 24.

21 Hæc ita observatio, omnes illi frustra se torquent qui unicum aliquod Juris Naturalis principium, puta socialitatem quaerunt, quod omnia officiorum genera sub se complectatur.

§. 12.

22 Medium autem quo ad Legum Naturalium noticiam pervenimus est recta ratio, rectusque illius facultatis usus; quo ipso etiam Lex Naturalis sufficienter à Deo promulgata intelligitur, ita ut nemo rationis usus pollens ejus invincibilem ignorantiam obtendere possit.

Jur. Princ.  
1. Ch. vii. §. 7. leg. 9.  
- Ch. vii. §. 7. leg. 9.

23 Legis Naturalis effectus est obligatio que omnibus incumbit, juxta illius præscriptum actiones suas attemperandi.

24 Obligatio autem hæc, 1º est Universalis, omnes sc. Homines adstringens, quippè qui omnes naturæ Divino Imperio sunt subditi.

Coc. p. 322.

25 2º Hæc obligatio est immutabilis, nec ullam patitur dispensationem; Ratio est quod Legum Naturalium fundamentum sit ipsa hominis natura et conditio, que cum eadem semper remaneat, necesse est quoque ut ipsum Jus Naturæ immutabile sit.

26 3º Denique hæc Legum Naturalium obligatio vera est, sc. est obligatio efficax sub interminatione poenæ præscriptæ, quod furius probandum.

(Occuro de Jys. apud Laurentium)

De Sanctione Legum Naturalium.

Puff. l. 11. §. 7.  
Jur. Princ.  
§. 1. Ch. 12. 13. 14.

1 Cujuslibet Legis perfectæ duæ sunt Partes; una sc. que Legislatoris præceptum aut prohibitionem continet; altera verò que poenam minatur, et hæc Sanctio dicitur.

De Off. Ch. x. l. 2  
1. 11. §. 8.

2 Vis autem omnis Legum et efficacia ab ea eundem sanctione pendet, adeò ut Leges illæ que sanctione carent vim obligandi non habeant.

10. Et sic in hoc obiecto dicitur quod...  
in ratione dicitur quod...  
natura dicitur quod...

11. Item dicitur quod...  
natura dicitur quod...

12. Item dicitur quod...  
natura dicitur quod...

13. Item dicitur quod...  
natura dicitur quod...

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

14. Item dicitur quod...  
natura dicitur quod...

15. Item dicitur quod...  
natura dicitur quod...

16. Item dicitur quod...  
natura dicitur quod...

17. Item dicitur quod...  
natura dicitur quod...

- 3 Quod cum ita sint, aut dicendum est Leges Naturales poenis et sanctionibus a Deo earum Authore, verè esse munitas, aut nullas omninò dari Leges Naturales.
- 4 Qui itaque Legum Naturalium sanctionem negant, si Systema Juris Naturalis funditus evertunt.
- 5 1º igitur circa Legum Naturalium sanctionem observandum, eas - sanctiones quòdam naturali munitas esse in eo quod earum observatio, præmiis quibusdam Naturalibus; earum vicinim violatio, poenis etiam Naturalibus plerumque concomitata sit.
- 6 Verum quoniam præmiorum poenarumque Naturalium eam arctis non est et necessaria cum observatione, aut violatione Legum Naturalium conjunctio, quin sæpius hominis industriam vitari possint, aut etiam in contrarios effectus converti: hinc hæc Legum Naturalium sanctio - sufficiens esse non videtur ad observationem Legum Naturalium.
- 7 Queritur itaque, an præter emolumenta et incommoda, illa quæ Legum Naturalium observationem, aut violationem plerumque comitantur, alia detur sanctio propriè sic dicta, quæque tota pendeat ex arbitrio legislatoris?
- 8 Quæcumque autem afferri possunt argumenta, ad probandam hanc Legum Naturalium sanctionem huc redeunt.
- 9 1º Humanum omne genus à Deo habet originem, Deoque summum in Homines competit Imperium.
- 10 2º Deus talem finxit hominis naturam, ut insuperabile ei indiderit felicitatis desiderium.
- 11 Vult itaque Deus ut Homines sint felices.
- 12 Jam autem hanc felicitatem assequi nequeunt Homines, nisi certis agendi Regulis observatis.
- 13 Vult itaque Deus, ut Homines Regulas illas observent, qui enim vult finem velle, etiam media intelligitur.

BIBLIOTHEQUE DE GENÈVE

2. Quod cum dicitur, quod si quis dixerit, qui...

3. Qui dicitur, qui...

4. Quod dicitur, qui...

5. Quod dicitur, qui...

6. Quod dicitur, qui...

7. Quod dicitur, qui...

8. Quod dicitur, qui...

9. Quod dicitur, qui...

10. Quod dicitur, qui...

11. Quod dicitur, qui...

12. Quod dicitur, qui...

13. Quod dicitur, qui...

14. Quod dicitur, qui...

15. Quod dicitur, qui...

16. Quod dicitur, qui...

BIBLIOTHÈQUE DE GENÈVE

- xv.
- 39
- 14 Verum ea est *Homini* natura, ut *leges* illae efficaciter observari nequeant, neque veram parere obligationem, nisi praemii poenisque muniantur.
- 15 Ergo *Deus* *leges* illas poenis praemiiisque sancivit.
- 16 *Natura* insuper *Dei* non patitur ut nullo discrimine habeantur *legum* illarum observatores et violatores, sed illorum mores necessario approbat, horum vero improbat.
- 17 Iam vero sterilis, iners, aut otiosa esse nequit *Divini Numinis* erga *Homines* benevolentia, aut indignatio; Ergo praemii poenisque sese manifestare debet.
- 18 Id ulterius confirmatur ex eo quod alias in *Societatis Humanae* systemate manifesta esset pugnantia, humana enim *Societas* salva esse nequit nisi praemia et poenae legibus *Naturalibus* insint.
- 19 Verum quandoquidem haec *Legum Naturalium* sanctio haec in vita non manifestatur, superest ut dicamus eam in vita futura, sese explicaturam.
- xvii.
- BIBLIOTHEQUE  
DE GENÈVE
- 20 Id ulterius ex eo probatur quod ex vit *Mentis Humanae* natura, ut *Corporis* interitus animae destructionem secum inferre non possit.
- 21 *Anima* praeterea ea sit excellentia, ut ad paucos duntaxat annos eam creatam fuisse vix ac ne vix quidem credibile sit.
- 22 Insuperabili insuper immortalitatis desiderio ab ipso *Naturali Authore* sit donata, quodque eo vehementius est ac vividius quo maiorem in suis facultatibus rectae rationis excolendis homo curam adhibet.
- 23 Ita denique sit *Homini* natura, ut sit in omnibus illis requisitis praeditum quae necessaria sunt ad hoc ut actionum rationem reddere queat.
- 24 Merito itaque ex iis quae tum de natura *Dei*, tum de *Homini* natura cognoscimus, concludere licet *Leges Naturales*, praemii poenisque revera esse sanctas, hominumque animas esse immortales.

14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
44  
45  
46  
47  
48  
49  
50  
51  
52  
53  
54  
55  
56  
57  
58  
59  
60  
61  
62  
63  
64  
65  
66  
67  
68  
69  
70  
71  
72  
73  
74  
75  
76  
77  
78  
79  
80  
81  
82  
83  
84  
85  
86  
87  
88  
89  
90  
91  
92  
93  
94  
95  
96  
97  
98  
99  
100

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

2.6

4



2.6. Potuisset homo in statu suo Primario remanere, potuit etiam  
 statum hunc primigenium diversimode temperare & plures alios  
 status adventitios & adscitos inire, quod cum fecisset ideo Jus Natur.  
 in Primarium & Secundarium dispescitur.

Tacite tamen quis intelligit Secundarium ex Primario generari  
 seu per Secundarium Jus Natur. intelligenda esse ipsa Juris Natur.  
 generalia precepta cuius peculiari Statui & variis conditionibus  
 accommodata.

Intervarias hasce hoium Constitutiones primum locum occupat Socie-  
 tas Civilis vel Corpus Politicum. Quamvis autem ea Constitutione  
 non parum commutetur primaria hoium conditio, nolite putare  
 societatem naturalem per civilem condelli; cum haec excogitata sit  
 ut hoies naturaliter per se fieri per fungi & sibi destinatum finem  
 certius adsequi possent.

4. Gentes sic discretas habentur Singulae pro Corporibus seu personis  
 moralibus inter quas <sup>singulis</sup> ~~eadem~~ exoritur Societas, <sup>ea</sup> quam inter Singu-  
 los hoies conglutinavit natura. Quibus igitur ex causis impelluntur  
 hoies ad fovendam inter se benevolentiam conjunctionem propter  
 easdem causas Populi eorumq; Rectores cum aliis populis & Principi-  
 bus concordos animos inire debent. Quaedam igitur inter eas  
 gentes Lese intercedit mutuum earum commercium dirigens, <sup>haec</sup> ~~quod~~  
 non potest esse alia quam Naturalis, quae gentibus accommodata  
 dicitur Jus Gentium, quod nihil aliud est quam ipsum Jus Naturale  
 vite hois sociali & negotiis Societatum atq; integrarum gentium  
 applicatum.

Quis fundamentum plene idem est ac ipsius Juris Nat. Voluntas  
 nempe Dei Supremi omnium <sup>gentium</sup> Rectoris & arbitri. Regulae sunt eadem obiecto  
 mutata.

6-11. mutato objecto: quarum precipuas ponit author §. 6 — 11.

Finis hic erit dicendorum cum Authore nisi Opinio Grotii de jure  
Coccius Gentium ob oculos ponenda esset & refellenda. Fatebitur quidem Jus  
F. 1. p. 79. q. naturale gentibus omnibus esse commune sed aliquid excogitavit Jus Gen-  
tium proprium & a natur. jure diversum quod nihil sit aliud quam  
quoddam humanum jus, cui propter omnium vel saltem plerorumq[ue]  
populorum voluntatem vis tunc obligandi. Verum sine  
Imperante a quo data sit nulla Lex proprie sic dicta potest excogitari.  
Gentes autem inter se sunt aequales, adeoq[ue] una gens alteri genti  
legem ferre non potest. Si autem gentes conjunctim sumantur  
longe ineptius erit amere quod sibi ipsis jura praescribant, multo  
minus demonstrari poterit quando aut qua ratione hoc fecerint.  
Si dicatur jus gentium vim habere ex consensu, ex conventionibus  
aut pactis inter homines interitus. Quod si Pacta sunt Lt. an. Pactum  
universale inter omnes gentes iniri potuit & an inchoatum fuerit. Imo  
probari nequit plerumq[ue] gentes saltem in uno capite ~~quod~~ juri  
gentium accurate consentire. Quae autem negant ad Legem & ad obli-  
gationem voluntatem Imperantis requiri non satis quid Lex, quid  
jus, quid obligatio sit intelligere mihi videntur. Nulla Lex est sine  
obligatione, obligatio nulla sine necessitate morali, nulla necessitas  
sine Imperante.

Obiciunt Grotii fautores absq[ue] hoc jure gentium humano explicari  
non posse v.g. jura belli, jura Legatorum, aliq[ue]... Videamus...  
Bella justa considerari possunt vel quoad originem vel quoad for-  
mam. Originem quod attinet haec sunt vel defensiva vel offen-  
siva. Quod vim injustam vi liceat repellere; quod id quod per  
injuriam nobis ablatum est deficienti alio remedio per vim liceat  
recuperare, id juris naturalis est, nec opus est fingere jus quoddam  
gentium arbitrarium a jure naturali diversum. Formam  
vero & solemniam bellorum quod attinet v.g. quod certa persona  
ores a vi publica erimantur, haec nihil aliud sunt quam consuetu-  
tu

consuetudines inter cultiores gentes usitate quibus bellorum atrocitate<sup>41</sup>  
tem temperare multis populis visum est, adeoq<sup>ue</sup> consuetudine illa  
nullam pro se ferunt obligationem nisi accenderit conventio,  
et si aliqua gens bellum justum gerat ex solo jure naturae, omnino  
poterit neglectis illis consuetudinibus; neq<sup>ue</sup> erit iniustitia accusan-  
da, sed duntaxat ruditatis.

Eodem modo ostendi posset circa jus Legatorum v.g. eas personas  
quae faderibus pacis pangendis inserviunt sacrosanctas esse debere  
tam in adveniendo, tam in commorando, tam in redeundo, idq<sup>ue</sup> ex dire-  
taminebus Juris naturae. Verum quoad alia quae tribuuntur Legati  
privilegia, jus aucti v.g. ipsorum domibus, ea ex mera benignitate  
Principis ad quem mittuntur pendunt; qui absq<sup>ue</sup> ulla Juris Legato-  
rum violatione, adeoq<sup>ue</sup> Juris Nat. eadem negare poterit; modo pati  
velit <sup>utcumq<sup>ue</sup></sup> Juris Legatis eadem agatur ratione.

Ex hisce novae concludere fas est si qua sit communis Lex gentibus  
sibus, non ab alio Latam quam a Deo communicatum Dno.  
Si qua consuetudines deserto vel paulo gentium consensu constituta  
sint lapsu temporis, haec obligationem non producant; attendite enim,  
cedo, eas posse esse malas vel iniustas.

Utrum hoc forsitan averti poterit, quod ubi inter Gentes invaluimus  
aliquis ex se innocuus, quaevis earum censebit huic usui subdita  
quamdiu contrariam voluntatem non erit professa. Sed quamvis haec  
obligatio a Lege pprie sic dicta differt.

Hinc haud absurde conjicit Burlam (in Princ. II. VI. 9.) <sup>binas</sup> duas ex cogitari  
posse species Juris Gentium quorum aliud sit Universale, necesse  
rium parte obligatorium, quod a Principibus nequaquam violari  
possit, quod ideo non differat ab ipso jure Nat. hoc descriptum Compen-  
dio & praecipuas ejus axiomata delineat. Aliud arbitrarium & liberum,  
mixtum scil. conventioni aliquae sive expressae (inter quaed. gentes) sive  
tacitae (inter moratores) cui renunciam sit licitam

Hac de Jure Gentium

Bibl. Pr  
II. Ch. IV.

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

- § 1 Denique et hoc observandum superest, Juris Naturalis duo distingui posse genera, unum est Jus naturale Primarium, alterum Secundarium.
- Burl. Princ. §. 2 Jus Naturale Primarium illud est quod ex ipsa hominis natura et naturali conditione citra ullum factum aut institutum humanum deducitur. Sic v.g. pietas erga Deum, animi cultura, erga alios homines benevolentia. etc.
- 3 Jus Naturale Secundarium illud est quod factum aliquod aut institutum humanum supponit, v.g. dominiorum distinctionem, Regnorum Constitutionem.
- 4 Hinc itaque referimus Jus Gentium, et quaecunque huic Juri tribuuntur, quod proinde nihil aliud est quam Systema seu Collectio earum Legum Naturalium quae post Regna condita et discretas Gentes inter easdem observanda veniunt.
- \*\*\* XVIII \*\*\*
- 5 Fundamentum itaque Juris Gentium idem est omnino ac fundamentum ipsius Juris Naturalis, nimirum voluntas Dei, Supremi omnium Gentium Regis et Arbitri, cujus voluntas dubio procul ea est ut Gentes omnes paci studeant, eamque religionem colant.
- 6 Hinc primum Jus Gentium praecipuum jubet ut Gens una alteram sibi aequalem habeat.
- 7<sup>um</sup>. Ut Nulla Gens alteram laedat; si vero laerit, damnum resarciat.
- 8<sup>um</sup>. Si Gens una ab altera laerit, haec autem damnum nolit resarcire, illa jure merito huic bellum indicare poterit.
- 9<sup>um</sup>. Pacta inter Gentes servanda: haec autem Foedera appellantur.
- 10<sup>um</sup>. Quoniam autem Foedera plerumque inveniuntur opera Legatorum, hinc Legati non laedendi, imò sacro-sancta esse debet eorum persona, ut muneris sui functiones adimplere possint.
- 11 In dieis sequitur, non minorem esse Juris Gentium quam ipsius Juris Naturalis auctoritatem, cum utrumque ab eodem Authore, sc. Deo, proficiatur. Non minus itaque peccant qui illud quam qui hoc transgrediuntur.

11. Veritas et hoc obsequium...  
12. Veritas et hoc obsequium...  
13. Veritas et hoc obsequium...  
14. Veritas et hoc obsequium...  
15. Veritas et hoc obsequium...

BIBLIOTHÈQUE DE GENÈVE

16. Veritas et hoc obsequium...  
17. Veritas et hoc obsequium...  
18. Veritas et hoc obsequium...  
22. Dixit ad 12. ab glivitis obrei cuius ablatiorem raptorem  
occidit posse in statu Nat. In statu civili aliter res se habet.  
Si enim Civ. permittent ut quilibet res defendere etiam  
cum intermissione raptorem vita esset latrocinium; Est h  
aliamatio spes sal. ablata recuperandi. Non aliter ergo in  
statu Civ. potest fur occidi quam si agatur de repretiois si ma  
ximine adit spes eum recuperandi. Oti isti fur non modo  
rebus suis sed & civitatis insidetur. Hinc fur nocturnus occidi  
potest: diurnus non aliter quam si celo se defendat.

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

27. et rectè concludere possunt quod is qui me invidiam exultantem  
potestati meae conatur me subicere, de me, si subidat  
pro arbitrio suo utatur, neq. perdet ac necabit pro lubitu.

28. Subest enim probabile vita periculum ac membra sicut  
bonum pro his si minus et irreparabile pro cuius defensione  
rectè extrema tentantur.

21 Itaque tunc temporis duntaxat violentam sui defensionem licite<sup>62</sup> adhibent illi qui in Civitate vivunt, quando per circumstantias non licet ad Magistratum recurrere, ejusque auxilium ad arcedam injuriam implorare.

22 <sup>XXI</sup> Præterea violenta sui defensio in Civitate ad necem usque Aggressoris tunc demum licite progredi potest, si periculum vite imminet, aut bonis vite æquipollentibus, quodve irreparabile sit.

23 Si enim ageretur de re minoris momenti, cujusve ablatio reparari possit à Magistratu, tunc equidem injusto Aggressori resistendi licentia mihi concederetur, non tamen usque ad illius necem.

24 Et usque progredi duntaxat potest violenta sui defensio donec præsens tantummodo periculum depellatur, cautio verò de non offendendo in posterum arbitrio Magistratus relinquenda est.

25 In statu Civili tempus quoque expediendæ defensionis tam latum non est quàm in statu Naturali: tempus enim legitimum defensionis instituenda à certâ et indubitata ad invasionem præparatione non incipit, tunc enim adhuc ad Magistratum confugere licet, sed ab actuali tantum læsione.

26 Denique si Magistratus ad quem confugimus imminens periculum à nobis arceve denegat, neque nos ab hoc tutum præstare velit, tunc utique eodem modo salutem meam mihi consulere licet, ac si in libertate Naturali essem constitutus; quò referrî poterit Moïsi exemplum, qui Aegyptium Israëlitanis male habentem occidit.

27 <sup>XXII</sup> Quod de defensione vite diximus locum habet etiam ad verius eos qui libertati insidiantur; libertas enim ipsius vite, bonorumque omnium unicum præsidium est et quasi propugnaculum.

28 Idem jus quoque nobis competit ad verius eum qui nostrorum membrorum mutilationem intenderet, idque tam in Naturali statu quàm in Civili.

29.30. Puellam certe excusabit justus dolor, tyrannatoris vis & malitia  
metus infamiae, incertitudo satisfactionis.

31.32. Puella igitur in statu Nat. probat in civili improbat.

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

36.37. Non enim quaeritur hic de poena sed de defensione: non quaeritur  
an alter peccet, sed an non ego jus in eo & strictam obli-  
gationem habeam me defendendi.

29

Pudicitiam quod attinet, pari passu cum vita ambulat, ac proinde jus  
idem ad utriusque defensionem competit, adeo ut etiam cum Aggressoris  
caede, possit Mulier pudicitiam defendere, eas siquidem est bonum  
irreparabile.

30

Idem etiam jus quoad pudicitiam defendendam in statu civili obtinet,  
cum in civili statu pudicitia bonum sit praestantius quam in naturali.

31

Fama verò lesio in statu naturali si eò usque procedat ut vita ex calum-  
nia miserime alicui reddatur, etiam pex eadem ledentis defendi poterit.

32

Verum in Civitate, quoniam unius<sup>cujus</sup>que fama et ex estimatio ex-  
arbitrio privatorum non pendet, sed ex Principis iudicio, hinc ad Principem  
vel Magistratum hoc in casu semper recurrendum est.

33

In his quae huc usque diximus sequitur defensionem à vindicta longè  
differre, hancque Jure Naturae omninò esse prohibitam.

34

Vindicta scilicet nihil aliud praeter Aggressoris caedem et perniciam  
habet propositum, idèque etiam finito periculo exercetur.

35

Nullum autem jus in aliorum vitam aut bona Lex Naturalis nobis  
concedit, nisi quatenus illud ad injuriam propulsandam necessarium est;  
quamobrem etiam statim atque sui defensio eò usque procedit ut vindic-  
tam sapiat, in crimen incidit. Atque haec de casibus illis in quibus ex  
facto alterius doloso invasi sumus.

36

Si verò Aggressor non ex dolo sed ex errore, aggrediatur nos, licet eo  
casu nullum sit in eo delictum, nihilominus tamen adversus eum licita  
est defensio, etiam ad necem usque, si circumstantiae id exigant.

37

Verum huc omninò requiritur, 1<sup>o</sup> ut nullà alià vià quam per Errantis,  
lesionem periculum effugere potuerimus; et 2<sup>o</sup> ut per nos non /eterit,  
quominus Errans errorem exueret suum; 3<sup>o</sup> ut mitius cum eo agamus  
quam cum Aggressore doloso; denique hoc duntaxat intendamus ut pra-  
sens periculum à nobis propulemus. Atque haec de legitima sui defensione.

2. *Brevitas.* Status hoīs in quo legi sine periculo suo parere non potest.

4. *Nihil in ore hoīum frequentius est hac leg. Necessitas legem non habet, imò à Duff. ponitur tquam p̄cipium fundamentale totius hujus argumēti.* Verum ex infra dicendis patebit eam abiq̄. distinctione poni non posse; si enim vera esset adversus seip̄os graviter peccarent martyres qui mori quàm Deum abnegare meliuserunt: militi Stationem deserenti fuga non posset imputari: per regulam enim absolveretur.

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE



- 1 Philantia cum Socialitate conflictari potest, vel ex facto alterius dolo,<sup>xxv.</sup> vel ex mera necessitate.
- 2 Sit autem Necessitas hoc loco, Periculum vitæ, membrorum, aut etiam rerum, sine culpâ nostrâ excitatum, et nobis imminens, ex quo unica duntaxat ratione evadere possumus, si scilicet actum, Religionem, Socialitatem, aut etiam Philantiã prohibitam suscipiamus, præceptumve omittamus.
- 3 Scilicet Observandum, tres omninò dari obligationes præcipuas, quæ homines perpetuò stringunt, ac veluti premunt, obligationem nempe ergà Deum, nosmet ipsos, aut alios homines.
- 4 Sæpe etiam ex concursu harum obligationum, apparet inter eas oritur pugna, quâ fit ut omnibus eodem tempore satisfieri nequeat; Quæritur itaque Quenam ex illis obligationibus in concursu ex necessitate ortopotior esse debeat et prærogativâ gaudere.
- 5 Ut Quæstioni satisfaciamus, nonnullis distinctionibus opus est, pro variis casibus qui dari possunt. Verum antequam per varias eas species, nonnulla præmittenda sunt.
- 6 Et 1º quidem Quæstionem hanc de Jure necessitatis locum duntaxat habere in dubio, ubi scilicet Legislator in neutram partem disertè pronuntiavit, tunc igitur Conjecturis datur locus.
- 7 2º Et hoc insuper prænotandum, scilicet ut Necessitatis exceptio legitimè allegari possit, omninò insuper requiritur ut sine culpâ nostrâ, periculum immineat; alia enim si culpa periculum præcesserit, frustra quis proferre vellet exceptionem necessitatis, cum nequidem sit necessitas.
- 8 His ita præmissis, jam per singulas eundem est quæ dari possunt species.<sup>xxvi.</sup> Et 1º quidem quoad Leges illas quæ Deum immediate respiciunt, sequentes observandæ sunt Regule.
- 9 1º Quoties Actionis susceptio vel omisio Dei contemptum aut abnegationem

13. *Contra. Si die Sabbathi a grege a Sabbatho abstinendum,  
Louite Tyrannum, metu mortis incuso, cultum publicum  
prohibere, ad cultum haud obligor.*

*Et si etiam iurejurando me adigere ad. Sceleratum  
illud a me exigentem, quamvis nullam habeam inten-  
tionem fidem necesse liberandi.*

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENEVE

75

in se involvit, toties lex qua illam actionem prohibet aut precipit, excepti-  
onem necessitatis non admittit.

- 10 Ratio Generalis est, quod omnium obligationum qua hominem stringunt  
maximas ac potentissimas, sic ea qua Deum tangit. 13
- 11 2<sup>o</sup> Quoties vero susceptio aut omisio actionis aliam prohibita vel precepta  
contemptum Dei non involvit, toties lex exceptionem necessitatis admittit.
- 12 Ratio est (cum enim tunc temporis honor Dei non periclitatur, sed in tuto  
est, et securus, ex ejus benevolentia erga Genus Humanum, obligatio suspensa  
presumitur; neque enim Conjicere fas est, summum Numen à nobis exposcu-  
lare, ut vitam aut bona frustra et inutiliter summo periculo committamus.
- 13 Ad exempla Regulas ut applicemus, sic v.g. mortis vitanda gratia Deum  
blasphemare, aut ipsum abnegare, Cultuique ejus et obsequio omnino  
renunciare, nefas est: Omnes enim illi Actus in Dei contemptum et  
abnegationem necessario redundant.
- 14 Si vero Precepta qua hominem ipsum concernunt cum illi preceptis  
qua ad alios homines spectant, conflictentur, sequentes Observanda sunt  
Regulae.
- 15 Inter Precepta alios homines concernentia, Affirmativa, qua aliquid  
fieri jubent distinguenda sunt à Negativis, qua quid fieri vetant.
- 16 Affirmativa Precepta exceptionem necessitatis admittunt. sic v.g.  
lex naturalis jubet ut alteri egenti et famelico impertiamur cibum,  
sed si ego ipse eodem cibo indigeam, sanè eo casu non teneor panem dare  
famelico: et sic de ceteris.
- 17 Ratio autem hujus <sup>Regulæ</sup> legis hæc est, quod si Deus dum precepto affirmativo  
voluit ut in alios bonum conferamus voluit itidem nobisque injunxit  
proprie vite conservationem: Cum autem unusquisque sibi proximus sit,  
hinc prima illa Dei voluntas, qua alios nobis commendat, restringenda  
videtur ex posteriori qua nostri curam nobis injungit. Ordiuata hæc  
incipit à se ipso.

21. certum quo omisso perire necesse est

22. Malum quod nasceretur ex suscepta actione prohibita est conf-  
=rendum cum malo quod sequeretur ex illius actionis omis-  
sione: Sed non comparatio moralis est facienda i.e. non  
quodrendum quale magis nocet a Lege, nam id ipsum  
queritur. sed mali quantitas Physice debet estimari, seu  
videendum quale gravius; nam non suspicienda esset actio  
prohibita ex qua alterius mors resultaret ut captarentur  
majorem felicitatem si omisio ejus actionis nos orbaret  
aliqua perfectione vel felicitate.

25. 26. Minus malum est aliquos perire quam omnes.

Possit plures jam in scapham intrasse majoremque numerum  
sine periculo admitti non posse. Nullum dubium quia alios  
volentes ingredi expellere possunt; nam propter rationes n. 25.  
sunt in possessione ac proinde jure suo privari nequeunt ad  
alios in pari periculo versantes.

Quid si D<sup>ni</sup> scapha sit in scapha 25. an periculum sortis immunit  
erit uti putant Luff. & Tiffan

- 18 Præcepta vero <sup>XXVIII</sup> Negativa alior Spectantia indistinctè Necessitatis exceptionem non admittunt, sed distinguendum est.
- 19 Quoties susceptio Actionis aliâ, prohibita medium est cavendum - depellendi periculum, nec majus aut æquale malum in se continet, quàm imminens necessitas, toties lex exceptionem necessitatis admittit.
- 20 Sed & contra Quoties Actio prohibita est medium incertum depellendi periculum, et majus aut æquale malum in se complectitur, toties lex Naturalis exceptionem necessitatis non admittit.
- 21 Dicitur autem Medium certum, illud quod cum cessatione periculi Physi-  
-cam et necessariam habet conjunctionem; Incertum verò quod arbitra-  
-riam duntaxat cum cessatione periculi conjunctionem habet, vel à  
-libèdine ejus qui necessitatem intulit dependentem.
- 22 Præterea et hinc observandum est, quod mali quantitas Physicè, debeat  
-estimari; ad Moralem enim estimationem respici nec potest, nec debet,  
-cum de eo ipso sit quæstio.
- 23 Ratio autem Generalis harumcæ Regularum hæc est, quod se ex Cir-  
-cumstantiis à nobis memoratis satis probabiliter liceat conjicere volun-  
-tatem Dei hanc esse, ut exceptionem necessitatis approbet
- 24 Lex enim Naturalis ad utilitatem generis humani data est, ad eòque  
-bonum et malum morale ex bono et malo Physico debet estimari.
- 25 Positis hisce Regulis, <sup>XXIX</sup> ad exempla nunc applicanda sunt. Si plures v.g.  
-in Scapham insilierint quàm illa ferre possit, ad eò ut omnibus immineat  
-vitalè periculum, nisi quidam eorum è Scaphâ ejiciantur, et sorte definitum  
-fuerit quinam ejici debeant, tum si quis sorte periculum subire delecta-  
-verit, queritur an hic, absque ulteriori deliberatione precipitari queat,  
-ut reliqui serventur? Resp. Affirmativè.
- 26 Hoc enim est medium certum evadendi è periculo, quod Physicam et  
-necessariam cum cessatione periculi conjunctionem habet, quòdque

20

BIBLIOTHÈQUE DE GENÈVE

27. Quia praecepta affirm. ceteros homines concernentia vidimus cessare  
in casu necessitatis. Non alias tamen excusaretur hic deiciens  
poutens se quam si ipse in extrema & absoluta esset ne-  
cessitate. nam si remotius esset periculum & amicum  
destituere non deberet.

28. incertam est quia forsam me occidet sublato innocente  
necessariam sed pendentem a malitia <sup>ut libidine</sup> hominis. precipue & prin-  
cipaliter a me exigentis ut violam Legem. Et malum periculo  
aequale complectitur illa occisio.

Sed au idem pronuntiabitur in hoc exemplo. Eques robustior  
me equitem persequitur, in angustiissima via occurrit quis.  
an eum proterere mihi licet ut evadam.

Puto, quod haec tristes interfectio habet necessariam conjunctio-  
nem cum cessatione periculi; & mediam certum est eva-  
dendi e periculo.

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

Hein. 51

- minus mali in se, complectitur quam erat illud quod ex necessitate, <sup>67</sup> premebat.
- 27 Aliud exemplum. Duobus fugientibus Hostis viribus longè superior et mortem intentans instat. Unus eorum, vel porta post se dejecto, vel porta clausa, alterum in præenti vitæ periculo devotius poterit, si alter simul servari nequeat.
- 28 At si levis Hostis mortem mihi intentans vitam mihi polliceatur, <sup>68</sup> tertium innocentem egomet occidero, cum necessitatis exceptio ab homicidio crimine, et poenâ me non liberaret: medium enim quod mihi subministratur avertendi periculi, incertum est, nullam habens cum cessatione periculi necessariam conjunctionem.
- 29 Ratio autem propter quam Præcepta Negativa alior convenientia, difficilius necessitatis exceptionem admittunt quam Affirmativa, hæc est, quod Præcepta Negativa ad Humanæ Societatis felicitatem longè magis necessaria sunt quam Præcepta Affirmativa; adeoque æquum est ut illa difficilius exceptionem necessitatis admittant quam hæc.
- 30 Denique tantus est necessitatis favor, ut quamvis regulariter Homini jus non sit in sua membra, neque illa pro lubitu mutilare, aut perdere possit, licebit tamen in casu necessitatis abscindere membrum insanabili vicio corruptum, ne totum pereat corpus, inter duo namque mala minus eligendum est.

Possent et alia exempla suppeditare qua brevitas causa omitto. Circa ea quæ allatasunt regulas supra positas vos monerò. Quod si rectè ponatis calculum multi franguntur casus quæ rarissime contingunt; plures ubi oia uno temporis puncto transiguntur intra quod vix de justitiâ aut inj. actionis suscipienda vel intermittenda rationem in consiliam adhibere licet; unde hîc multa Deipotius iudicio ac misericordiâ relinquere quam ad vivum necare præstiterit. Facile enim cum valemus recta consilia ægroti damus: tu si hîc hîc aliter sentias.

*[Faint, mirrored handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

**BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE**

*[Faint, mirrored handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

*Page 1. III.*



Caput Sextum.

De Officiis Hominis erga alios Homines, et primò quidem  
de Custodiendâ aequalitate naturali.

- §1 Igitur Officiis erga Deum, inique, quae Hominem ipsum spectant, sequitur 3<sup>o</sup> Lex, sc. de Officiis erga alios Homines.
- 2 Fontes autem et principia ex quibus deduci debent officia hominis erga alios Homines, eisdem ex conditione, et statu in quo Genus Humanum à Deo sortitum est, regeri debent.
- 3 Igitur, haec est Humani generis conditio ut homo hic in terris non vivat solus, sed unâ cum innumeris aliis hominibus, quibus eadem est natura, eadem facultates, idemque felicitatis desiderium.
- 4 Præterea omnes Homines alii aliorum ope et auxilio ad eò indigent, ut nullus sit qui ex se, ipso et absque aliorum adjumento vitam feliciter transigere possit.
- 5 Porro, si ulterius inquiramus in originem illius conjunctionis quae inter Homines est, animadvertere licebit conjunctionem, illam ne fortuito natam esse, neque hominem conditorem habuisse, aut Architectum, sed à Deo ipso Humani Generis Authore fuisse institutam.
- 6 Scopus vero Dei dum homines condidit, eosque in terrâ collocavit, hic fuit, scilicet ut mutuis officiis societatem hanc colerent, atque ita ad felicitatem pervenirent.
- 7 Quorùm enim spectat Singulorum cordibus insculptum illud felicitatis desiderium? Quorùm pertinet quod id hanc felicitatem Aliis aliorum auxilio necessario indigeamus? Quorùm quod omnes à solitaria vitâ abhorreamus, societatem vero appetamus? Quorùm quod Homo naturali et tam arctâ conjunctione cum aliis Hominibus sit sociatus, ut velit nolit cum iis vitam transigere necessario debeat? Quorùm haec sexuum disparitas, quae omnium societatum quasi basis est et fundamentum? Quorùm denique opportunitate, habilitateque

Sup. I. III. 5. 7.

BIBLIOTHEQUE DE GENEVE

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

12.13.14. Ordinem infra dicendorum exponit hic Author, docens  
omnia socialitatis praecepta vel ob conditionem hominis naturalem  
locum habere, ac factum aliquid ac iure ortam conditionem  
adventitiam praesupponere. seu alia esse absoluta alia  
hypothetica  
absoluta a quolibet debentur sive respectu ad certum  
statum seu iustitiam humanam. e.g. neminem occide  
ad hypoth non obstringitur homo nisi supponatur certus  
status vel certum iustit. humanam quae iustitiae sunt  
potissimum quatuor. Sermo. Dominium, sexum pretium  
ordines seu leges. sub qua continetur Imperium domesticum.

Suff. c. vii

reliqua Corporis, Vocis moderatio, Vis orationis que humanae societati  
maximè Conciliatrix est? quorum inquam hæc omnia, nisi ut intel-  
ligamus nos ad societatem natos esse, ac proinde ad evendam fovendamque  
naturalem que inter Homines datur conjunctionem, proximiores simus  
omnes, et vires facultatesque hunc in finem in medium conferamus.

8 Humana itaque et Naturalis societas nihil aliud est quam  
Hominum omnium in certum aliquem finem, communem, nempe  
felicitem, ab ipso Deo instituta Conjectio.

9 In dicti itaque, primum hoc et generale <sup>ceptum</sup> principium, quod aliorum  
omnium principium est, colligere licet, nimirum, Socialiter vivere: seu,  
Fac ea omnia que Societati Humanae felicitatem promovere  
possunt, eamque adjuvare: Contraria vero sedulo fuge.

10 Uno verbo, Deus Humani Generis Author voluit quæcunque ad  
illius conservationem et felicitatem tendunt, sed extra societatem  
Genus Humanum conservari non potesse, nec felicitas illius promoveri,  
Ergo Deus vult ut Homines in societate vivant, ergo probat quæcunque  
ad societatis conservationem tendunt, ergo improbat que ab illo scopo  
abluunt.

11 In his que huc usque diximus manifestò sequitur, Statum natura-  
lem Homini esse. Statum Pacis, non verò belli Statum; Atque hæc de  
fontibus et principiis Officiorum, erga alios Homines.

12 Omnia autem Socialitati præcepta, non sunt unius generis:  
Alia enim sunt Aboluta, et Generalia: alia verò Hypothetica et  
Conditionalia.

13 Aboluta ea sunt que omnes Homines quæ tales et in quovis  
statu viventes obligant, citrà et anti factum aut institutum  
humanum.

14 Hypothetica verò seu Conditionalia ea sunt que aliquod factum,



aut institutum humanum supponunt, ac inde ortam condicionem  
adventitiam. 70

15 Inter Absoluta et Generalia Præcepta alior concernentia, primum  
locum occupat illud quod est de Agnoscendâ et Custodiendâ naturali  
Hominum equalitate.

16 *Supp. c. vii. §. a.* Fundamentum enim et jura Societatis Humanae ex naturâ singulorū  
hominum derivari debent, quæ natura cum eadem in omnibus homi-  
nibus deprehendatur, hinc pro primo Socialitatis præcepto merito licet  
supponere, illud quo naturalis Hominum equalitas commendatur.

17 Univerò Naturam Humanam in omnibus in universum esse  
eandem patet; Una est omnibus Homines, eademque ratio, eademque  
facultates, vires propemodum eadem, una eademque omnium à Deo  
dependentia, unus omnium finis, idemque felicitatis desiderium, Uno  
verbo una omnes continet definitio, ita ut nihil sit Uni tam simile,  
tam par, quam Omnes inter nosmet ipsos sumus.

18 In illâ autem paritate, seu equalitate, communis ejusdemque  
Naturæ, sequitur quoque juris Communis inter omnes, adeo ut eadem  
omnibus hominibus ad colendam cum aliis vitam sociale[m] incumbat  
obligatio, quæque omnes Homines equaliter stringat.

19 In eo itaque consistit quam commendamus equalitas, scilicet, ut  
Homines teneantur, ceteris paribus, ea officia aliis præstare, quæ ab  
aliis exoptulant, adeo ut nemo hoc respectu aliqua prærogativa  
gaudeat.

20 Cavendum est itaque, ne equalitas de qua hic agitur pro  
equalitate merè Physicâ, quæ in paritate virium et facultatum  
consistit, accipiatur. Quam commendamus equalitas, est equalitas  
Moralis, seu potius juris, quâ Unusquisque eodem jure, quod in aliis  
statuerit ipsemet erga se ipsum uti tenetur.

23. cujusq[ue] demum sint conditionis. Quamvis enim Princeps  
Equam Superiorum venerationem atq[ue] obedientiam à nobis  
jure exigat, id tamen non prohibet quominus nobis officia  
quor[um] ex æqualitate naturæ promanant, debeat e.g. ut neque  
nostrum in juriâ occidat, nec ei damnum vel injuriâ, nec  
contumeliâ quem afficiat ex verbo non minus hominem se  
quàm hominibus præesse meminerit decet. Hanc æqua-  
litatem manifestò violant Non ferociores viri humani  
qui hoïes imperio suo objectos immensis laboribus  
aut vitæ periculo exponunt ut avaritiâ expleant  
vel voluptatibus suis indulgeant: hoc enim ipsis à mi-  
seris istis servis reprobi potest: Utq[ue] non sum causis  
sed æquè honore ac tu.

24. 25. 26. Precepto de Custod. natur. Æqualitate Obtemperant  
humiles simul & generosi: humiles ex seriâ sortis huma-  
ne consideratione, quia sibi perpendunt quod ea quid?  
homo hoï præstat ab ipso non p[er]videant sed à Deo concessa  
sunt. Generosi tamen h.c. rectè se distinguunt, prerogativas  
suas agnoscentes ac exinde se non offerentes nec superbiētes.  
eadem id. h. c. in eadem voce Precepto Vitanda enim Superbia  
seu vitium illud quo quis sibi sine justa causâ plus  
juri tribuit quàm aliis.  
Observetis quæso huic vitio triplicem quod dicitur posse assignari.

1. velenim: quibusdam rationibus nititur, & pretextibus  
non justis quidem at plausibilibus tamen à dotibus cor-  
poris vel ingenii, honore, divitiis ex desumptis. hoc liceat  
appellare Superbiam simpliciter.

2. Medium locum occupat ea quæ nullis plañe pretextibus  
nulla fundatur causâ (Superbia Stulta voce de signetur)  
quæ commiserationem potius quàm indignationem meretur.

3. At fiunt injuriæ panisq[ue] merito coerceri possunt, qui eò

21 Hoc autem Socialitatis <sup>VII.</sup> præceptum de custodienda naturali  
hominum æqualitate, non modo omnibus hominibus commune est,  
sed et perpetuam parit obligationem, nullamq; patitur exceptionem.

22 Ratio est, quod fundamentum ejus sit ipsa hominis natura, status,  
et conditio, quæ immutabilia sunt.

23 Quomocumque igitur illa hominum æqualitas quæ facti est,  
status adventitio aut factis hominum immutetur, illa tamen juris  
æqualitas perpetuò manet eadem, ad eamque inter omnes homines -  
cujuscumque demum sint conditionis est observanda.

24 Ex illo, de naturali hominum æqualitate, agnoscenda et custodi-  
-enda, præcepto naturaliter fluit, vitandam esse superbiam, seu vitium  
illud quo quis sibi sine justâ causâ, plus juris tribuit quam aliis.

25 Quod ut plenius intelligatur, observandum est, nullam aliam justam  
davi ad eò nosmet æstimandi causam, præter eam, quæ ex recto facul-  
-tatum nostrarum usu, et libertatis nostræ exercitio promanet.

26 Verum à superbiâ longè differt Generositas illa, quæ in rectâ sul-  
-tiprii æstimacione consistit, et cum modestiâ semper conjuncta est,  
quæque virum Ingenuum et Cordatum omninò decet.

perbia ascendunt ut alios contemnant et verbis exte-  
-rius eò declarent, voce, vultu, visu, factis, scripturâ, picturâ &c.  
quippe qui per tales actus gloriam et existimacionem cete-  
-rorum laudant, cujus integritate et vigore ois animi voluptas  
constat.

1) hinc patet ratio Ordinis Poulam

2) Sed, eos etiam quibus sumus in societate non videmus

3) iure perfecto i.e. ad quae praestanda ita aliis obligamus ut actio  
ipsis competat ad illud exigendum

potest etiam quis laedi ratione existimationis, pudicitiae etc. in  
nam si Regillatum oes species damni recurre voluisset auctor  
enumeratio longissima fuisset... hic praecipue ppia ponit  
quorum fit applicatio in Civitate Jurispr.

4) Quidam v.g. aufero equum Privat. usque ad alimenta debita,  
fructus rerum suarum, usuras. Cogo Titium ut mutet Tertiam.  
quo Casium heredem scripserat etc.

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

8. i. contra legis prohibet. Nam qui iure suo utitur nemini facit inju-  
riam, hinc damnum nobis sic datum vindicare non possumus.  
v.g. nulla daretur actio ad. eum qui in suo fodiens venas  
aqua nostra intervertit; vel qui apibus nostris subtrahit  
pabulum horum suum in horum convertens; uti xi  
qui alium observ. modor. iac. tut. vulnerat sumptus sine jus  
curationum factos sustinere non tenetur. 3. inviti Damnum  
quod quis suo culpa sentit sentire non videtur; Notandum tamen  
lasi



Caput Septimum.

De non lādendis aliis, et damno si quod datum est reparando.

§. 2.

§1 Alterum Generale Præceptum, quod ex Socialitate, eum maxime de præcepto de Custodiendâ aequalitate, fuit, hoc est, Neminem lāde.

2 Est autem hoc Præceptum latissimum, quippe quod omnes Homines obligat, facillimum, ut potè nudâ actionis intermissione, plerumque constans; et denique maxime necessarium, cum citrà illud hominum vita Socialis nullo modo consistere queat.

3 Alios lādere possumus, vel in Corpore, per cædem, et vulnere; vel in bonis fortunæ, per rapinam, furtum, fraudem; in iuribus, dum ea intercipimus vel non præstamus quæ iure perfecto aliis debemus; imò etiam in mente, si nimirum Alter ad mentem corrigendam et excolendam fuerit obligatus, nec tamen id præstiterit.

4 Damnum itaque varias recipit distinctiones, ut enim 1º vel Publicum, cum alicui aufero quod iam ipius est; vel Privatum, quando scilicet intercipio lucrum quod iuste sperabat. 2º Damnum vel cum lucro lādenti conjunctum est, ut in furto; vel non est cum lucro conjunctum, ut in combustione ædium. 3º Damnum vel ab uno datur, vel à Pluribus.

§. 3. 5.

5 Hoc Præcepto itaque in tuto ab aliorum injuriis collocantur omnia bona corporis vel animi, quæ vel ab ipsâ naturâ, vel ex facto nostro possidemus.

6 In lesiones vero damnum oritur, quod definiri potest, Rei perfecto iure ad nos pertinentis ablatio aut corruptio.

§. 4.

7 In quo aliud sequitur præceptum, sc. Damnum, si quod datum est, esse reparandum: alia enim vanum esset et illusorium præceptum de non lādendis aliis, si lādenti permitteretur fructus injuriæ suæ impunes et citrà ullam restitutionem gaudere.

8 Verum ut qui ad damnum reparandum teneatur, tria concurrere necessarium est, 1º ut contrà legi prohibitionem damnum datum sit, 2º ut suâ voluntate et culpa, sive directâ sive indirectâ, id fecerit, 3º denique



ut invito nocuerit.

— §. 6.

9 In genere autem damnum reparatur, vel per ipsius rei restitutionem in eodem statu in quo erat ante damnum datum; vel si hæc fieri nequeat per præcitam rei estimationem, una cum eo omni quod interest.

— §. 9.

10 Non modò autem ad damni reparacionem tenentur qui voluntate et consilio nocendi directo damnum dederunt, sed et qui citrà directum nocendi propositum ex negligentia et indirecta quadam voluntate nocuerunt, quòd uno nomine *Culpa* dicitur.

11 Ratio generalis est, quòd ex socialitate teneamur ita circumpectè et cautè agere, ut nostra conservatio alii non sit formidolosa et intolerabilis.

12 Hæc autem culpa tribus præcipuis gradibus convetat et distinguitur, alia, siquidem, est lata, alia levis, alia denique levissima.

13 Hic ita, Damnum ex quacunque culpa vel negligentia, etiam levissima, datum reparandum est, nisi tamen 1º vel natura negotii aliud succedat, ut in pluribus contractibus; vel 2º illius qui damnum accepit potius culpa sit quam eius qui damnum dedit; 3º denique nisi magna animi perturbatio in qua legitime venabatur ille qui damnum dedit tantam non admittat circumspectionem.

— §. 10.

14 Verum qui per casum fortuitum facto tamen suo sed sine culpa et voluntate damnum alteri dedit ad reparacionem non tenetur.

15 Ubi verò plures ad damnum dandum participaverunt, ut de ratione qua ab eis exigenda est damni restitutio judicari possit, hic ea revocanda sunt principia que superius circa imputationem posuimus.

— §. 7.

16 Scilicet, ut quis teneatur ad damnum reparandum tanquam causa sociæ. Necessè est ut revera causa damni fuerit vel in totum vel pro parte.

cedenter effectus neg. in partem involuementi venit, is licet  
occasione istius actus alicui peccato obstringatur, ad res-  
titutionem tamen damni non tenebitur; uti sunt qui  
alienis malis latantur, qui patratam damnum lau-  
dant, excusant; qui aut equam fiat optant; dum fit  
favent aut assentantur.

18. Laceravit folium arboris cadere filius parit, filius  
non nisi in subsidium ad damnum resarciendum tene-  
bitur. Secus quo ad pranam

19. Laron nihil debetur quam quod auisit; hoc si simul recipit  
plus petere requirit; quod aliter se habet in pena quam  
singuli debent qui peccarunt, ad eorum solvenda reliqui  
non liberantur.

BIBLIOTHEQUE  
DE GENEVE

22. Conspirantes totum delictum sua voluntate approbant.

26. Non idem erit si per conjunctionem damnum datum erit  
quia tunc singuliter tenentur de damno a se dato eorum causa  
physica, de damno dato a sociis eorum causa moralis.

Aucunque

Huc arg. Author dicitur tamen quasdam factorum species  
subjungere quibus Regulae antecedentes applicari queant. 74

Quaro quomodo damnum reparare teneatur homicida?

R. Solvere tenetur justas impensas in Medicos factas & Spem  
alimentoꝝum iis quibus alimenta debebantur a defuncto.

Nulla vero habenda erit ratio lucri quod occisus facere potuisset  
si vixisset, nisi lucrum istud moraliter certum fuerit. Quid  
enim si sic interversus reditus vitalitius, quod si occisus esset  
is qui delatam hered. nondum adisset.

Si quis alium mutilavit; non tantum tenetur ad impensas in  
vulnus curandum factas, sed & ad alimenta suppeditanda, si  
mutilatus impediri fuerit aut impediatur ne ipse de iis sibi  
prosperare queat.

Qui virginem iniunctam in aere grande tenetur ipsi rependere  
quanti minoris ipsi jam deflorata valet Spes nuptiarum  
quod fit ducendo aut dotando. At quae ultra in meram libi-  
dinem consentit habet quod sibi imputet, quamquam regula-  
riter maris quam puella major culpa praesumatur.  
Quod si quis matrimonii Spe virginem ad concubitum pelle-  
xerit, is in statu naturali novam eam ducere tenetur quam  
potius iam duxit.

Adulterum & adulteram quod spectat non tantum tenetur  
indemnitate praestare maritum a baleuda prole adulterina  
sed & legitimis liberis rependere si quod damnum patiuntur,  
quia proles adulterina cum iis concurrat ad hereditatem.

Fur et raptor rem subtractam reddere tenetur cum incrementum  
suo naturali & cum sequente damno excessante lucro  
probabili.

addam

addam. quod is qui per malitiam laesit non placet Satisfecisse videtur Legi Naturali facta damni reparatione. Sed insuper necesse est ut si laesus hoc exigat eius Securitati consulat; quo facto jam laesi est dare veniam laedenti & cum ipso in gratiam redire.

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

§. 8. 17

2<sup>o</sup> Vbi plures id damnum dandum conspirarunt, quidam pro parte, 75  
principali et primaria habentur, alii vero pro causa accessoria seu secun-  
-daria; Quandoque etiam omnes pari passu ambulant: his itaque casibus  
damnum datum pro circumstantiarum diversitate diversimode imputatur,  
et ab eis reparandum est.

18 1<sup>o</sup> Itaque ad damnum resarciendum obligantur illi qui principaliter illud  
produxerunt, quales sunt v.g. qui imperio vel auctoritate ad factum impulerunt.

19 Quoniam vero omnes intuitu unius damni obligati sunt, idè quocumque  
ordine teneantur uno solvente, omnium perimitur obligatio quantum ad  
restitutionem, quod in poenis secus est.

20 Si vero à pluribus pari passu ambulantebus damnum datum sit, querit  
an singuli pro damni reparatione ita teneantur in solidum, an vero pro rata  
duntaxat parte.

21 Ita in hoc casu distinguendum est. Damnum à pluribus vel per conspi-  
-rationem datum est vel ~~citra~~ <sup>per</sup> conspirationem.

22 Si per conspirationem plures damnum dederunt, omnes pro singulis, et pro  
omnibus singuli ad reparationem obligantur, adè ut si omnes comprehen-  
-dantur singuli pro rata duntaxat parte damnum resarcire teneantur.

23 Verum si latius suum à singulis consequi nequeat, tunc à reliquis  
solidum exigere poterit.

24 Verum si damnum à pluribus <sup>vii.</sup> citra conspirationem datum est, hoc casu  
distinguendum est, verum damnum datum sit dividuum, an individuum.

25 Individuum damnum dicitur illud ad quod multi concurrunt, ita tamen  
ut ex unius operis integrum, nihilominus consecutum <sup>foret</sup> ~~est~~, et ita ut singulis  
certa velut damni pars assignari nequeat: eoque casu nocentes singuli pro  
singulis erunt obligati. Exemplum est in incendio à pluribus citra conspi-  
-rationem excitato.

26 ~~Contra~~ si damnum datum sit dividuum, i.e. liquido discerni queat quantum  
unusquisque ad damnum contulerit, tunc unusquisque duntaxat ad id  
pensandum tenebitur quod ab ipso processit.

1-3. Materia de mutuo amore et beneficiis proprie ad Ethic. moralem  
pertinet: sed quia jus natura, in sensu laxiori, etiam actus  
virtutum debitos continet, Suffend. officiis perfectis officia  
humanitatis imperfecta subijungit quae ad conservationem  
generis humani non sunt absolute necessaria sed commoda  
aliorum promouent.

4-5. Notemus discrimina inter off. perf. et imperf.

- 1: Perf. ponunt esse vel affirmatiua (ut aquales agnosce) vel  
negatiua (neminem laede. Imp. oia affirm. sunt.
- 2: Perf. sunt ea leg. proprie de dicta imp. ex virtute.
- 3: Ad illa cogi quis potest, nemo ad ea.
- 4: Qui illa non praestat est iniustus, qui haec <sup>debet</sup> in humanus.
- 5: Illa semper sunt mutua & reciproca: haec non semper.  
sic Princeps beneficia confert non expectat.

BIBLIOTHEQUE  
DE GENEVE



De Promiscuis Humanitatis Officiis

§. 1.

- 1 <sup>Primum</sup> Secundum Generale. et Absolutum Preceptum quorumlibet erga quoslibet, quod ex Socialitate, profluit, hoc est, scilicet, ut Quilibet alterius utilitatem quantum commode potest promoveat.
- 2 Cum enim Humana Societas sit omnium hominum in communem felicitatem conspiratio, hinc Societati in totum non satisfacit qui à lesione duntaxat alterius abstinet, sed eum demum si beneficia in medium conferat, quibus vitam tranquillam et beatam promoveat, mutuaque inter Homines foveat benevolentiam.
- 3 Atque hinc etiam patet, Preceptum hoc esse Absolutum; cum enim Sequela sit humanitatis, ad omnes homines, cujuscunque demum sint conditionis, pertinet et extenditur.
- 4 Itaque, quae Homo erga alium hominem prestare tenetur officia duplicis sunt generis: Aut enim ita comparata sunt, ut illa quae inter Homines intercedit Societas nullo modo sine eis subsistere possit, adeoque obligationem perfectam constituunt; Aut ita comparata sunt ut Societas absque eis consistere quidem, sed non satis commode possit, adeoque imperfectam duntaxat injungunt obligationem, qualia sunt regulariter omnia humanitatis officia.
- 5 Cum enim precepta humanitatis jubeant alterius utilitatem promoveri, et quidem eos sint quae si ab uno non praestentur alii facile queant supplere, inde non opus erat ut singuli homines ad ea humanitatis officia singulariter obligarentur, sed satius fuit haec pudori uniuscujusque relinquere.
- 6 Ceterum haec uti diximus ita se habent regulariter; verum aliquando contingere potest ut obligatio ad humanitatis officia praestanda ex imperfecta perfecta fiat, si modo haec concurrant circumstantiae.

9  
10 *Juventus qui vitam excolere per artes  
quibus sui memores alios fecere merendo.*

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

11. *Nervose d'uffend. Coura hoc officium peccare sunt censendi,  
qui nullam honestam artem addiscunt, vitamque per silen-  
tiam transitam animam pro tale habent ne putrescant,  
numerus trum & fruges consumere nati. Et qui divitiis  
soli incubere reperitis nec partem posuere suis. Item  
qui porcorum instar nemi nem nisi morte sua capita  
runt. Et id factum alia olivis terra poudera.*

12. *add. Me summe iniquis actionum suarum estimator  
qui ideo maximas sibi gratias debere existimat. Neutiquam  
officium liberi esse hominis puto (ait Terentius) cuius  
nihil promereat, postulare id gratia apponi sibi*

- 7 Ut nempe ille qui humanitatis officia exoptulat abque eorum  
 praestatione sit periturus, vel saltem graves aliquod damnum passurus.  
 2<sup>o</sup> ut non aequè ab aliis hominibus possit ea consequi quae desiderat.  
 3<sup>o</sup> ut si a quo officium exigitur non sit in pari necessitate positus.
- 8 Sic v.g. Duo Patres, diversa perituri Nationis, nullaq̄ necessitudine  
 conjuncti, in desertam regionem per naufragium ejiciantur, simulque  
 res uni saltem propriae ad vitam utriusque sustentandam abundè  
 sufficientes, eum sane harum rerum Dominus perfectè obligabitur socio  
 de abundantia succurrere. Haec de naturâ officiorum Humanitatis in  
 genere.

IV

- 5.1.2. 9 Humanitatis officia vel indefinitè præstantur, vel definitè. Indefinitè,  
 si sine respectu ad certum hominem exhibeantur, sed veluti in medium  
 eam conferamus et quibusvis exponamus.
- 10 Sic v.g. indefinitè aliorum commoda et utilitates promouent qui in  
 animæ et corporis facultatibus excolendis omnem adhibent operam,  
 eoque ad promovenda aliorum commoda, sunt habiliores.
- 11 Hinc patet in legem naturæ peccare eos qui nullum vitæ genus  
 amplectuntur, et eos qui post acceptas a Majoribus divitias impune  
 a se ignavia librari posse autumant, quod aliorum industriam ipsi sit  
 partum unde commodè vivant.
- 12 Definitè verò aliorum utilitati inservimus, dum certis hominibus  
 aliquid indulgemus, quod utilitatem quampiam ipsi adferre queat.
- 13 Id autem duplici modo fieri potest; vel enim aliorum promovemus  
 commoda abque sumtu et gravamine nostro; vel etiam cum sumptu,  
 gravamine, et impensio.
- 5.4. 14 Si prius, officia illa innoxia utilitati appellantur. Undè qui ea  
 denegat ceteris pro insigniter malo et inhumano habetur. Exempla sunt,  
 Uranti comiter monstrare viam, alteri de suo lumine lumen accendere,  
 etc.

*[Faint, mostly illegible handwriting in a historical script, likely Latin or French.]*

17. dignitate. Alexandro Corinthii jus civit. dono bant, videbat. Ne  
hauder beneficium: tunc Legati. Atque id nemini dedimus  
praeterquam Herculi tibi:

4. *Qui dat quod cito dat: nec beneficium reputabitur aures  
in oculum projectis* (Le plus fort ou le plus pénible est de  
donner: que *qui a jouté un sourire*)

18. *Facit animus quae fertiles agros in utero decet qui  
plus reddunt quam acceperunt* (Qui a quères au monde  
un plus bel succès que celui de la reconnaissance)

20. *Constitutam datur actio in foro, nequidem ob atrocem  
quamvis illa ingratitude actionem ex delicto ortam aggravat.*

*[Faint, mostly illegible handwriting in a historical script, likely Latin or French.]*

Hein. h. 1. 222. 15  
- 5. 5.

verum sublimior humanitatis gradus est, si quis ex benevolentia singulari gratis quid in alterum conferat quod sumtu aut opera laboriosa constat, quod insignis quaedam utilitas afferatur eidem: quod uno nomine Beneficium dicitur.

- VI.
- 16<sup>o</sup> Circa beneficiorum collationem, plurimae veniunt observandae cautiones. Et 1<sup>o</sup> quidem videndum ne obrit benignitas, vel in ipsis quibus videtur benignè fieri, ut si mendico robusto et valido erogemus eleemosynam; vel ceteris, ut si pecuniam creditori solvendam pauperi demus.
- 17<sup>o</sup> 2<sup>o</sup> Cavendum ne benignitas excedat facultates nostras. 3<sup>o</sup> ut pro dignitate et conditione cuique tribuatur, servatis quoque conjunctionis gradibus. 4<sup>o</sup> videndum etiam quid cuique maxime necessarium sit: Denique modus dandi multum, gratiae beneficio addit, scilicet hilari fronte et benignè demus.
- 18<sup>o</sup> Ut verò homines ad haec humanitatis officia exercenda eò magis excitentur, in accipientibus requiritur animus gratus, h. e. sibi gratum fuisse, seques ad paria reponenda, quantum fieri poterit, paratum esse.
- 19<sup>o</sup> Merito itaque Ingrati animi vitium detestabile omnibus cordatis viris habetur. (Nixens maledicta oia si ingratum dixeris)
- 20<sup>o</sup> Est autem hoc vitium duplex. Simplex alterum, quod denegat saltem officia Humanitatis; Alterum atrox et pregnans, quod non tantum pro accepto beneficio nihil rependit, sed in super ledit benefactorem.

Atque Haec de Officiis Humanitatis.

t. He  
dimu o  
reus  
est de  
qui  
moude  
em  
gravat.

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

1. absol. oēs hoies in quovis statu viventes obligans.

2. Paetis seu conventionibus seu contractibus non juxta  
simplicitatem juris nat. haec voces sunt synonymae.

4. imp. Sap. dum v.g. Paetes paetis mutuo sibi amicitiam  
promittunt, quamvis Natura satis eos invitet ut benignè  
secum invicem agant.

extincta per bellum.

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

Non opus haec veritas probatione  
5. qui lebet. Ne illi quidem, ait Cicero, qui maleficio & scelera pas-  
cuntur, possunt sine illa particula justitia vivere.  
Si autem non velit de deipi à paescente, ceteris paescentis  
opitulari debemus.

6. gratuum quia alter nullam obligationem in se suscipit e.g.  
donatio promissio.  
paetum sponsalia, permutatio, transactio: his tacita semper  
ineit conditio unum praestitutum quod promisit si alter  
ex sua parte pacto satisfacturus sit.

7. 40. Promissionum duplicem gradum assignat Author cum  
Puff. quandoq. enim obligari volumus, sed volumus ut  
alteri jus sit ad quod promissum est exigendi; sic imperfecta  
haberetur hujusmodi. Loquitur. Ego senio destinavi hoc vel illud tibi

Caput Nonum

De Officio Paciscentium in genere.

Puff

§. 1.

§1 Alterum denique officium hominis erga alios homines quod ex humanitati et socialitatis statu descendit, quodque abolutum est et generale, sic se habet, Fidem datam in Conventionibus et Pactis religiose serva.

2 Hoc loco igitur de Pactis, eorumque natura agendum erit, cum de Paciscentium officio.

3 Pactum est duorum vel plurimum in idem placitum de dando aliquo vel faciendo consensus.

§. 2.

4 Pacta vero necessaria erant, tum ut novae obligationes constituerentur super iis rebus quae uniuscujusque arbitrio natura erant relictae; tum ut obligationes imperfectae et laxiores nonnunquam magis adstringerentur; tum ut obligationes semel constitutae tollerentur; tum denique ut quocummodo extinctae obligationes de novo suscitarentur, quemadmodum videre est in Pacis Compositionibus.

§. 3. 4.

5 Ut horum effectus Pacta et Conventiones possint producere, Lex naturalis praecipit ut Quilibet fidem datam religiose servet; tum etiam ut ceteros paciscentes non laedant, sed potius in facto conciliando humanitatem iis exhibeant.

§. 5.

6 Diversimode Pactum distinguitur. Praecipua divisio est, quod Pactum sit vel unilaterale, cum unus duntaxat in gratiam alterius se se obligat, quod pactum gratuitum vocatur; vel Bilaterale, cum se uterque obligatur: et hoc pactum proprie dicitur.

§. 6. 7. 16.  
iug. Hein.

Promissionis autem virtus omnis et efficacia ex mente et intentione Promittentis repetenda est; Quamobrem observandum accurate qua ratione mentem suam explicaverit promissor, dum se quidpiam

iam  
igni

pas.

curis?

ait e.g.

imper  
alter

um

ut

perfecta

drbi

i

tibi prestare orrogo ut mihi credas huc or etiam referentur  
souverationes amicorum, virorumq. potentiam com-  
mendationem vel suffragium spondentiam.  
aliquando etiam non solum obligari volumus sed  
or altero jus datus id quod promissum exigendi, quod  
promissio perfecta dicitur or ut si acceptatio adit,  
sive expressa sive tacita: aliter non advenit pactum  
sive consensus mutus.

Verum liceat observare circa promissiones imperfectas.

1. eas non esse pacta, sed dicta, ad servationes —

2. Non esse contradictorium velle promittere acolle  
jura ad exigendum dare —

3. si potentium promissiones sunt imperfectae ratione  
ex actionis, non illico quoad obligationem pro imper-  
fectis habenda sunt.

13 *facta* sic mutus consensus, mutatio seu convocatio  
capitis pro dissenso habetur. Vbi Praeses Judicibus dixit  
qui hoc sentitis in hanc, qui alia oia in illam partem  
discedite; discessio in hanc vel illam partem consensus  
tacitum operatur.



præstatum promittit.

- 8 Hinc duplex distingui potest promissio, Perfecta scilicet et Imperfecta.
- 9 Imperfecta promissio est declaratio voluntatis, quod alteri velim gratuitò aliquid præstare, ita tamen, ut ipsi non liceat debitum per vim à me exigere, sed inde jus imperfectum duntaxat habeat; Hinc refertur possunt virorum Potenciorum, pollicitationes.
- 10 Perfecta verò promissio ea est quæ alteri aliquid me præstitum ita promitto, ut inde jus perfectum nascatur rem illam tanquam debitam vi à me exigendi.

IV.

§. 8.

- 11 Pactorum autem essentia in consensu Tacitentium consistit, Nullo enim alià ex causâ ex Pactis obligamur, nisi quod in id ultèrò consensimus, quod si noluissemus à nobis repudiari poterat.
- 12 Verum ut Consensus veram pariat obligationem, requiritur 1º ut eà quæ par est ratione sit declaratus; aliàs enim de eo inter Homines constare non potest.

BIBLIOTHÈQUE DE GENÈVE

§. 9.

- 13 Declaratur autem Consensus per signa. Signa verò quibus utuntur Homines ad declarandum consensum, vel enunciendo consensui vulgò recepta sunt, et hinc Consensus Expressus oritur, quemadmodum sunt regulariter verba et scripta: vel signa illa talia sunt quæ voluntati declaranda directò et vulgò non adhibentur, unde Consensus Tacitus nascitur, quemadmodum sunt alia facta.
- 14 In illâ Consensûs divisione in Expressum et Tacitum, Nova nascitur Pactorum distinctio in Expressa et Tacita.
- 15 Pactum Expressum erit illud in quo Tacitentes ad suam voluntatem declarandam in signis utuntur quæ regulariter et vulgò adhibent Homines ad voluntatem suam aliis manifestandam.
- 21 Jam autem ex natura sermonis, ejusque destinatione, colligi  
potest quid lex naturalis circa eum jubeat aut vetet.<sup>VII.</sup>
- 22 Cum enim Sermo sit medium adjuvanda et colenda Societatis,  
medias verò ad finem semper adcommo-<sup>VIII.</sup>dari debeant, sequitur inde  
Generalem et Primariam circa sermonis usum Regulam hanc esse,  
scilicet, sermones et reliquis animi signis eo modo utere, qui ad  
colendam Societatem aptissimus est, et communem tranquillitatem  
magis promovet.
- 23 His ita præmissis, ad Particularia circa sermonem officia  
devenendum est.
- 24 Igitur Observandum, quod Sermo non modo ad alios referatur, sed  
interdum etiam ad Deum, et ad Nosmet ipsos. Igitur usus sermonis  
tribus hisce principiis dirigi debet, 1º Religione, 2º Philantiâ, 3º Socialitate.
- 25 Quod ad Deum attinet, Præceptum de Deo colendo exigit ne sermones  
ad contemptum Dei abutamur, imò verò sermones utamur ad Dei  
gloriam et cultum, quoties id à nobis expostulat pietas interna.
- 26 Hinc sequitur, quod si cum Deo agamus Veritas semper dicenda  
est; non modo enim irreverens esset adversus Deum falsiloquio uti,  
sed etiam stultissimum, quippe cui ad cogitationes nostras cognor-  
-cendas ne sermones quidem opus est.

30. Coercet ea Reg. non solum injuriam verbalem aut scriptam  
sed & jactantiam, adulationem, & maxime garrulitatem.

BIBLIOTHÈQUE

DE GENÈVE

31. Peccat contra hanc Reg. qui pericula seip. vel socii  
vel in univ. proximo imminuentia tacent; qui informa-  
tionein proferri cura sua couereditos non emendant si-



- 27 Quod præceptum <sup>IX.</sup> philantia attinet, lex naturalis generaliter <sup>92</sup> præcipit ut sermones utantur ad nostram conservationem, defensionem, uno verbo ad innoxiam utilitatem, i.e. quæ neque honorem Divinum, neque Socialitatem lædat.
- 28 Hinc juxta hanc Regulam Veritate, fabriloquio, et silentio utendum est; et prout illa cum utilitate innoxia conveniunt, pugnant, vel in neutram partem tendunt, ita vel præcepta, vel prohibita, vel simpliciter licita existimanda sunt.
- 29 Denique Societatem quod attinet, eadem ratione philosophandum est: cum enim sermo sit medium colendæ et adjuvandæ Societatis, hinc ex Societatis Regulis de Usu sermonis et sermoneantium officio circa veritatem, fabriloquium, aut silentium dijudicandum est.
- 30 Ex illo generali principio sequentes Regulas deducimus. 1<sup>a</sup>. Tace, si per loquelam tuam offendantur alii, aut damnum præter meritum incurrant, aut humanitas, pacem, vel in genere, pax communis - taciturnitatem exigat.
- 31 2<sup>a</sup> Regula ex præcedenti fluens sic se habet. Loquere, quoties ex humanitate vel pacto ad loquendum obstrictus es, vel taciturnitas alteri damnum infert, aut etiam communem lædit tranquillitatem.
- 32 Ex quibus Regulis manifestò sequitur, quod ut silentium aut loquelæ vitio vel virtuti queant imputari, omninò requiritur ut aliqua adit ad loquendum vel tacendum obligatio; quæ obligatio necessariò - supponit jus aliquod in eo qui talia à nobis exigit.
- 33 Utrum verò dum loquimur <sup>XI.</sup> veritas semper dicenda sit, an verò - fabriloquium interdum licite adhibeatur, sequentes Regule tradunt.
- 34 3<sup>a</sup> Fabriloquio abtine, et eas loquere, quæ cum animo tuo conveniunt, quoties vel Societas, vel pactum hoc exigit, et nisi id fieret jus - alterius perfectum vel imperfectum læderetur.

38. Vexam quis vitio vertere posset Mercatori à curiosis inter-  
rogato quantum dives sit, quod vel taceat, vel alio  
sermone inflectat, vel etiam falsiloquio utatur.

38. uti ~~hæc~~ fieret si falsiloquio nonnunquam uti licitum esset.  
Verum cum vestigia Divi Augustini prementes multi DD.  
insurrexerint adv. hanc Thesim quam tamen defenderunt  
dōs Ethnici & Illi, quasdam oppugnantium Objectiones ob  
oculos vestros ponam.

Dicunt 1. si falsiloquio quandoq̄ liceret uti periret oīs  
mutua inter hoīes fiducia.

Resp. Hac obj. supponit oīm inter hoīes fiduciam unice  
oriri ex persuasione quod ceteri verba menti debeant ad-  
temperare; at contrarium docet experientia. Probitas  
quidem fovet commercia. Si nobis res sit cum vitio fidei  
explorata tuto ipsis possumus confidere etiam si nos  
cavimus eos non semper falsiloquium damnare. Contra  
ab improbi diffidendum etsi præse ferrent falsiloquium  
sua natura & per se esse illicitum, quia facile fieri possit  
ut mores sua persuasioni haud adcommodeat.

2. Obj. Quod nulla percipitur utilitas ex falsiloquio  
si doceatur illud quandoq̄ esse licitum.

R. Contrarium experientia probatur. Plura dantur  
falsiloquia quorum nota est innocentia & vera diffi-  
dentia. Quamvis à Medico non injucundum assente  
remedium sapius decepti fuerimus Agroti, rursus tamen  
decepiemur.

3. Obj. Si Sermo sui natura sit res indifferentis, etiam pro  
minimā utilitate falsiloquio licebit uti.

R. Neque consequentiam. Verum enim Sermo non jus-  
titiam sed & prudentia debet dirigere. Vir autem  
prudens non sine gravi necessitate simulabit aut dissimu-  
labit: qui sapius quam par est utitur falsiloquio diffiden-  
tiam in aliorum mente generat. Naturalis usus sermonis  
est

est ut animi nostri seusa aliis commuicemus, hic ergo amur  
bari non debet nisi urgente aliorum malitiâ, imprudentiâ vel inconsti-  
derantiâ. Nisi ergo agatur de re momentosa vir probus & pru-  
dens abstinerebit à falsiloquio, non solum ne eueretur quam ceteri  
de ejus probitate & prudentia conceperunt opinio, sed etiam quia  
vitandum est quicquid ad improbitatem ducit, constat vero ex  
sapius repetitis falsiloquiis nasci habitum simulationis & dissi-  
mulationis qui impelleret ad a quidam parum sincere iis etiam  
in casibus ubi sinceritatem exigit jus natura.

Et ut veritas nostra de falsiloquio sententia magis elucescat,  
rogo ut attendatis ad consequentias quae ex contraria sententia pos-  
sunt erui. Si nunquam falsiloquium liceret uti vitio forent arguenda  
quae plurimae actiones quas quilibet inuocare possat, & quae quo-  
tidie frequentantur. Praesentis, sed necessarii negotiis irretiti, a bene-  
fiam allegare, uti tergiversatione ad vitandum importunum sce-  
lus foret. Audite, quae de **BIBLIOTHÈQUE DE GENÈVE** falsiloquium de damnantibus af-  
fessionibus & inde iudicatis de sententia nostra contraria. At ille 1.º Si  
generi humano aut plane pericundam foret aut illud falsiloquium ser-  
uandum, tamen ejus perniciem conservationi cum falsiloquio conjuncta  
preferre oporteret. 2.º Si ope falsiloqui deterri posset proximus  
à peccando satius est ut peccet. 3.º Si ope falsiloqui ab aeterno exitio  
deterri posset amicus, ne tunc quidem falsiloquium utendum esset.

40. An qui delictum commisit coram Magistratu interrogante iuriam  
dicere potest?

R. Nolo quod de damni reparatione quod quovis modo fieri debet: Sed  
ad penam evitandam puto neminem teneri se exponere morti, posse  
contra. Acum tergiversationibus uti ad vitandum supplicium, quia  
sic (damno semel reparato) nemini nocet: ignoscendum ei qui quali-  
ter qualiter sanguinem suum redemptum voluit.

Sed interest seip. delicta puniri. R. Interesse quidem seip. delicta pro-  
bata puniri, sed magis ea non manifestari vel sepeliri.

U. q. quò Advocato licitum est mentiri seu veritatem obscurare in  
commodum Clientis?

R. si de apostulet in Causa Civili aut in Criminali

In Civ. nullo uti potest subterfugio, noceret enim Parti adversa.

si in Crim. disting. an publicè auth. demandata sit Causa Advocato  
an postulante. R. BIBLIOTHÈQUE

DE GENÈVE  
Primo cane, sufficit ipsi referre argumenta adversariorum, neq.  
falsis allegationibus uti potest  
altero, potest ipse quod possit is quem defendit.

43. gen. Soc. praes Quod tibi fieri non vis alteri ne feceris.

pacto sic in Speculo pontus dissimulare non potest adventum hostis,  
Contrahens nequit reticere verba rei quae de agitur.

Puff. L. IV  
§. VII. no

35 Sic v.g. fidele consilium deliberanti dandum est, erranti comiter  
monstranda via. 94

36 4<sup>a</sup> Quoties verò veritas cum societate manifestò pugnat, adèò ut si ea  
dicaretur, vel humanitas exinde lèderetur, vel turbaretur communis  
tranquillitas, toties sacriloquium Jure Naturæ <sup>jubetur.</sup> prohibetur.

37 Sic v.g. Si Furivus gladio armatus Innocentem prosequatur, et à nobis  
querat quâ viâ auferet, non modò non teneor ipsi monstrare viam,  
sed ex humanitate insuper omninò debeo diverram viam ipsi indicare ab  
eâ quâ Ausugiens iter suum caperet; Sic etiam omni laude dignum est  
sacriloquium illud quo Obvetrices Hebræorum masculis vitam servarunt,  
quam obrem etiam à Deo mercedem acceperunt.

*Puff. L. IV. Ch. 1. §. VII. not. 1.* 38 Et sane quis dubitare potest pessimum loquela <sup>xii.</sup> ut unum esse, quo  
damnum ceteris præter meritum inferimus

39 Unde dictis colligere possumus quid sit veritas ad quam dicendam  
omnes homines obligantur, quid sit mendacium, tantopere à nobis  
omnibus detestatum. **BIBLIOTHÈQUE DE GENÈVE**

40 Scilicet, veritas in eo consistit ut sermo cum Cogitationibus nostris  
conveniat, quoties ii quos alloquimur jus habent, sive perfectum sive  
imperfectum, ad animi sensa cognoscenda; idèò que breviter, veritas  
Moralis est sermonis cum Cogitatione convenientia, ex obligatione  
perfectâ vel imperfectâ. Veritas itaque est species Justitiæ. <sup>xiii.</sup>

41 Mendacium verò est voluntaria loquela et animi divergantia,  
contra obligationem instituta.

42 Mendacium itaque cum injustitiâ semper conjunctum est, imò  
species est injustitiæ, quippè quòd aliis denegat jus ipsi queritum.

43 Jus autem illud quòd per mendacium violari diximus, oritur vel ex  
generalibus Societatis præceptis, vel ex aliquo peculiari pacto, sicut  
suprà jam innuimus.

Handwritten text in a cursive script, likely a historical document or manuscript. The text is arranged in several paragraphs, with some lines starting with a dash. The script is dense and difficult to decipher due to its cursive nature and the age of the document. The text appears to be a list or a series of entries, possibly related to a library or collection, as suggested by the watermark.

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

44 Mendacium itaque species est falriloquii; inde Omnes quidem Men-  
-daciū, falriloquium est, sed ex adverso Non omnes mendaciū  
falriloquiū nomine venire debet.

45 De dictis quoque sequitur, quod quoties ex humanitate vel pacto  
ad dicendum obligamur, vocabula eo sensu usurpanda sunt qui  
veritatis est et vulgò receptus. (ne scilicet alter in errorem induatur.)

46 Quas hucusque constituimus Regulae observandae sunt quamdiū  
status Societatis durat; verum si per hostilitatem Societas abrupta  
sit, manifestum est quod usus Sermonis arbitrio nostro relicto sit,  
Nulla enim nobis incumbit obligatio, animi nostri sensu hostibus -  
cum damno aut periculo nostro manifestandē.

47 Verum si agatur de pactis quibusdam cum hoste, ad finendum  
aut suspendendum bellum initū, aliud dicendum est. lex enim natura  
suadet ut pacem omnimodō colamus, et media ad pacem necessaria  
Usurpemus et ex fide servemus.

48 Longè magis autem detestanda sunt Reservationes illae Mentales,  
quas quidem foedo planè artificio excogitarunt, ad intervendum  
verborum sensum, etiam illis in Casibus ubi verum dicendi adest  
obligatio.

xv.

49 Quo igitur Sermonis moralitas breviter intelligatur, 1<sup>o</sup> vel adest  
obligatio ad veritatem dicendam, tunc Veritas est virtus, falriloquium  
verò et silentium ad vitia pertinent. 2<sup>o</sup> vel adest obligatio ad silentium  
aut etiam falriloquium, et tunc res invertitur, et utrumque pro virtute,  
Veritas verò pro vitio haberi debet, quod nomine garrulitatis potest  
exprimi. vel 3<sup>o</sup> Obligatio in nullam partem occurrit, et tunc Veritas,  
Falriloquium, et silentium sunt species Prudentiae vel Imprudentiae,

1. Cujus origo pendenda est generi hanc. Si enim integrum man-  
 si et homo, juramenti nullus fuisse usus.  
 2. Pat. Ordinis qui per jurj. sermone nostro ad severationibus  
 nostris, oibusq. actibus circa quos, sermo intervenit in igne  
 firmamentum accedit.

Deus me Deus adjuvet Deus salu miserere me non adjuvabit  
 si pejeraverit.  
 Item Perjurium est etiam iurari, nec perjurium esse sine iurj.  
 ergo quadrare illi debet de finitio, adeo q. forditam iurjur.  
 generaliter sumptum dividi debuerit in iurjur. in specie  
 iurjur. iurjur. & Perjurium.

BIBLIOTHEQUE  
 DE LA VILLE

157. 5. 1.



Caput Undecimum.

De Jurejurando et Jurantium Officio.

1. Solent Homines Sermoni, et Actibus in quibus Sermonis usus seorsum extitit, firmamentum aliquod addere jurejurando.
2. Postquam igitur de sermone, et Sermocinantium Officio disseruimus, Ratio Ordinis nunc exproculat ut de natura Juris-jurandi, et de Jurantium officio disseramus.
3. Est autem Jurjurandum, deliberata Divini Numinis, tanquam-testis et vindicis, provocatio, ad assertionis aut promissionis confirmationem in casum mendacii aut perfidia, ubi tamen nec mendacium adest, nec perfidia.
4. Hunc enim Juramentorum esse sensum facile indicant formulae quibus illud concipi solet, puta, Ita me Deus adjuvet, Deus sit testis, Deus sit vindex.
5. Diximus in definitione, Ubi nec mendacium adest nec perfidia, ut distinguatur Jurjurandum à perjurio: in perjurio enim Deus utique provocatur ultor mendacii vel perfidia, pariter ut in Jurjurando, verum in perjurio revera mendacium adest aut perfidia.
6. Quod ut melius intelligatur, Juris-jurandi natura et indoles, simulque quae nam sint Jurantium officia, in primis quibusnam sit Juris-jurandi finis et usus, videndum est.
7. Finis autem Juris-jurandi duplici ratione considerari potest; 1<sup>o</sup> scilicet, respectu illius cuius gratia juratur, et 2<sup>o</sup> respectu ipsius Jurantis.
8. In parte illius cuius gratia juratur, finis est ut veritas probabiliter eruatur, ac promissa serventur.
9. Dum enim Homo memoriam Dei Omnipotentis et Omnicis

Puff. §. 1. Hein.

BIBLIOTHÈQUE DE GENÈVE

§. 2.

11. Quidam asserunt haec licita esse juramenta, tum quia sunt  
confessio perfidia humanae, tum quia Christus ea prohibuit  
dicens Omnino non est jurandum.

ad posteriorum objectionem respondunt Theologi non abso-  
lute juramenta Christum prohibuisse, sed voluisse ne temere  
nullis deferrentur juramentis.

Ad priorum dico, Melius quidem esse habere genus hum. si jur.  
non opus erat, sed id de non repitatur illud esse illicitum: Melius  
etiam se habere res humanae si non indigeremus judiciis,  
panibus, bellis, quae tamen non sunt illicita.

Breviter: Juramentum non violat reverentiam erga Deum  
quoniam potius illam eo ipso testatur, ac profitetur dum  
invocamus in iudicium, non violat officia erga cet. hoies, cum  
iurej. aliam ex incerto certum reddimus eis. Scrupulum  
eximimus: **BIBLIOTHEQUE  
DE GENEVE** repugnat quia Divinam vindictam  
in nos non provocamus sed conditionate: adeoque  
semper in nostra potestate est non dicere ultionem vitare.

14. 15. sic jurabant per caput suum, filia

Socrates per caput, anseres, arbores, caenum jurabat. an ut  
juraret per Creatorem illarum rerum; an ut per Deos sed ne  
per Deos juraret.

16. audio quod obijciunt, salva conscientia non posse Muhammadano  
deferri jusj. per Muhammedum &c. sed quod ad deferens istud  
jaj; probat jurantis religionem? non magis ac is qui a fero-  
tore nequam sumit pecuniam genus approbat.

revocat, ejusque vindictam per jusjurandum in se, provocat, eò <sup>97</sup>  
firmius adstringi presumitur ad verum dicendum, fidemque servandam

50 Ea intentione verò illius qui jurat, Juramenti finis est certitudo  
et fides, ut sc. N cum quo agit certus et securus reddatur, vel de  
veritate eorum quæ profert, vel de adimplentione eorum quæ promittit

51 Itaque ex dictis manifestum est, jusjurandum non sicut ac sermo-  
-nem medium esse colendam et adjuvanda Societatis.

52 Formas itaque jurandi essentialis consistit in provocatione  
vindictæ Divinæ, factâ sub conditione mendacii aut perfidie quæ non  
adest.

53 Hinc patet, de Deo concipiendum esse jusjurandum, siquidem  
præter Deum nemo est Omnicivis et Omnipotens.

54 Sæpe tamen in Juramentis Rerum Creatarum, fit mentio, quod  
vel idè à Veteribus factum quod vanâ persuasione seducti res illas  
creatas pro Numine haberent, vel quod per res creatas jurantes tacite  
Deum obtestari crederentur ut in istis rebus tanquam sibi carissimis  
ultionem perjurii expeteret

55 Quare potest Juramentum hoc intuitu dividi in Expressum et  
Tacitum. Illud erit, si super Numen ipsum juretur. Hoc, si per rem  
Creatam, quam Jurans pro Deo non habet, sed vindictam Divinam  
saltem in eam invocat.

5.4.56 Præterea ad jurandi essentialiam pertinet, quod juramenti  
formula Religioni Jurantis accommodari debeat; frustra quippe et  
inutiliter adigeretur quis ad jurandum per Deum quem non credit,  
nec quoque metuit.

5.5.57 Quemadmodum in aliis actibus, promissis, aut Contractibus, ita in  
Juramento requiritur, ut deliberato animo susceptum sit et ex animi  
Sententiâ.

20. si quis volens & jurare debens, externos jurantium actus ostenderit is obligatur, licet contrarium in corde sentiat quia obligatio est necessarius effectus ex jurjurando prokto flatus. Ita qui ab hoste dimissus jurat se rediturum, ad redeundum est obligatus, quamvis dum jurat in tus cogitavit de non redeundo.

Buddaus  
Jur. hist. spec. §. 70

22. Jurj. est. Actus Accesorius, i.e. per se non subsistit, sed semper supponit actum sive jam celebratum sive coexistentem cum eo cui accedit, cuius ut accesorium quoddam vinculum supervenit, provocatioque quae fit ad iudicium divina in casum perjurii aut perfidia.

BIBLIOTHEQUE  
DE GENEVE

frustra non magis ad ea obligaretur quam si non jurasset.

26  
27 confirmare validos sicut & obligatorios reddere, quamvis certum sit peccare eum qui talia praestat jurj. ut et illum qui hoc exigit. Dicatis hoc vera esse de jurjurando super re jure divino prohibita praestito, sed ea quae humanae prohibentur, debere praestari post jurjurandum. Verum Deus vult ut humana observentur, & semper vorum est jurjur. non immutare naturam actus cui accedit.

Vitr. II.  
R. 16

1. 15.

98  
58 Hinc patet, Quinam jurare possint; Omnes nimirum illi qui facultatem jurandi Physicam. et Moralem habent, liberumque earum exercitium.

59 Voluntas enim jurandi hic necessaria est, eaque facultatum predictarum liberum supponit seriumque exercitium.

60 Propositum autem hoc jurandi et intentio non tam ex internâ animi destinatione estimari debet, quam ex indicis externis et habilibus, si se ille à quo juramentum postulatur in signis liberè ac serivò usus fuerit quæ vulgò ad jurandum adhibent homines.

5.6  
21 Quodâ Generalem effectum Juris-jurandi, ejusque efficaciam, Queritur utrum Jusjurandum novam producat obligationem, an verò eam cui accedit duntaxat confirmet?

22 In dictis autem manifestum est, jusjurandum propriâ et internâ sui naturâ non esse actum obligatorium, sed provocatorium et accessorium.

BIBLIOTHEQUE  
DE GENÈVE  
23 Juramentum itaque in se novam et peculiarem obligationem non producit, sed aliam jam præsupponit obligationem cui accedit hujus confirmanda gratiâ.

VII  
24 Hinc Consequitur 1<sup>o</sup> quod Juramentum non immutat naturam et substantiam actus cui accedit; adeoque Actus illi quibus vitium aliquod intrinsecum et obligationem impediens inheret obligatorii non fiunt, licet jusjurandum in accesserit. Sic v.g. frustra quis juraret se debitum non soluturum, vel homicidium patraturum.

Vitr. l. II. c. xii. 25  
25 Hinc 2<sup>o</sup> Juramenta circa absolute impossibilia non obligant, et sic graviter peccat qui sic temerè utitur jurejurando.

1.15.  
26 Hinc 3<sup>o</sup> Jusjurandum actus lege prohibito confirmare nequit; nam absurdè per tale juramentum a Deo postularetur ut Jurantem puniret nisi faciat ea quæ per leges facere non debet; nonne esset abuti reverentia Dei iniquis, ut ita dicam, ihus miniam?

31. Ea sententia est magis admittenda quò magis contraria sub specie pietatis humanae malitia patrocinatur, si enim per vim aut dolum elicitò juramento vinculum conscientis iudici potest habere sanè homines male feriate habile medium quo nequitia sua fructum obtinere queant. Nunc videtis quò ducat is tuus Canonistarum axioma Omne jurjur. est servandum quod sine salutis detrimento Servari potest.

33. Exinde concludit Grotius unam ex his promissionibus subri. leve et si corruat altera. Confundit promissionem cum eius confirmatione, quò maxime differunt. Ex promissione sola obligatur Promittens. Ex confirmatione autem seu ex adiectione rei sancta nullum jus novum transferatur, sed confirmatur saltem prior dispositio. Unde jurans non magis obligatur ei cui promisit, sed securior saltem fit promissio. Apud de jure violat fidem hóm. ut ca-  
tur nisi ex promisso, nullatenus autem ex perjurio per  
quod soli Deo fit injuria qui vel ipse, vel per vicarium  
illam vindicare solus potest. Et in eorum promissio-  
nis jurata major est efficacia quam injurata. Placet comparatio promissionum juramento confirmatorum cum fœderibus inter duos. Scipio initis quibus tertius Scipio accedit aut horitas (garantie) fœdus inveniunt duo Scipios sed ne putat alter ne ab altero violetur. Ut præcaveatur illa violatio, convenit inter illos ut tertius Scipio agat hostiliter cum eo qui fœdus violaverit alterumq. adjuvet. Idem hic accidit. Duo Privati pactum inveniunt, sed alter timet ne ab altero violetur; ut præcaveatur hac violatio convenit inter eos ut promissor Deum ultorem in casum perfœdia provocet. Atque hic ille qui perjurium committit atrociorum poenam expectare debet quam is qui alias mendacium dixit vel injuratam fidem fœellit.

27 Nobile Super hac re extat exemplum Davidis, qui cum per iracundiam jurasset re Nabalis domum destructurum, postea Abigalis oratione delinitus, ultro Deo gratias egit quod fuerit impeditus ne illicitum juramentum majori cum peccato adimpleret.

28 4<sup>o</sup> Sic etiam Juramentum ex errore prestitum non obligat, dummodo tamen error efficax sit et involuntarius. Sic v.g. si quis in remotis locis latum Nuntium mihi attulerit ob quem mercedem aliquam iurejurando ipsi promiserim, postea vero falsum eum nuntiasse deprehendero, haud quaquam juramento tenebor.

29 Idem dicendum de juramento per dolum ejus cui juratur extorto, aut per metum injustum, aut per vim.

30 Promissum enim coactum ob defectum consensûs nullum est, neque juramento confirmari potest.

31 Si Prodonibus pactum pro capite pretium non attulerit, nulla fraus est, ne si juratus quidem id fecerit, ait Cicero.

32 Frustrâ igitur duplicem in jurando obligationem supponit Grotius, unam sc. quâ Deo obligamur, quasi se in omni juramento Deo fieret promissio; alteram, quâ ei cui juratum est obligamur.

33 Unimverò duplex hæc jurisjurandi obligatio supponitur gratis, quemadmodum vel ex ipsius jurisjurandi definitione patet.

34 Quo verò melius intelligatur quanam sit vis et efficacia jurisjurandi, nonnulla de Juramentorum interpretatione subjungerenda sunt.

35 In genere de Jurisjurandi interpretatione juxta Generalem et Communem Doctrinam de iudicandum est; hinc quandoque late, et quandoque strictè juramenta sunt explicanda, pro subiectâ scilicet materiâ. quia juramentum sequitur naturam actuum quib. apponitur.

36 Præsertim ad mentem et legitimam intentionem, eum illius

38. defert vel exigit quia ejus gratia praestatur: si praeter ea  
ex mente jurantis intelligendum esset jurjur. unusquisq[ue]  
potest reservationibus mentalibus pro lubet uti. Sicq[ue]  
juramentum foret frustratum.

Ubi vero quis alio proprio motu cum juramento promittit  
tunc interpretationem recipit ex mente jurantis, quia  
nemo debuit. S. v. g. quis jurato voverit Templo calicem  
injuste aureus exigetur.

39. Sic recte privigne potuisset Herodes negare caput Joh.  
Baptista: quamvis enim promississet illam nullam a se  
passuram repulsam, ea promissio intelligenda erat  
sub ea conditione si quid possibile, justum, honestum  
a se peteretur.

DEBENT ENIM SANUS CENSUR SE OBSTRIN-  
XISSE AD EA QUAE PER SE HABENT VEL LEGEM FIERI NEQUEUNT.

Verum a juram. abesse debent oes cavillationes, seu  
inutilitates, seu reserv. mentales. Turpiter enim egit, ut inter  
ex. exempla unum adferam, Ille Comes qui cum jurasset  
se nec prodesse nec Equitem ad. Gallos pugnaturum  
in sella vectatoria, salvam putabat conscientiam, dimicavit.

41. Peccant ergo graviter qui juramentum adhibent pro oratione  
sermonis, qui eo utuntur ad q[ui] intentione ficta sua juram.  
confirmandi.

43. Qui humanam habet potestatem in aliquo, illam habet in eis  
verba & promissiones. Quoties ergo jurat subditis toties tacitam  
subaudi re censetur hanc exceptionem salvo jure superioris.  
Hic autem duplici modo vinculum juram. laxat vel juri nullum  
pronunciando - vel illud condonando. . . Obv. non debet id  
facere Imperator nisi iura adit causat. Obv. & solim Imper.  
id licere; <sup>unde</sup> ergo Pontifex Rom. potestatem sibi sumit dispensandi  
circa juram. Regum ac Principum?



cujus gratia juratur, cum et Jurantis respiciendum est.

37) Cum enim Juramentum sit actus voluntarius, qui que à libertate naturali Jurantium dependet, hinc quoque pendet illius efficacia et interpretatio.

38) Maxime vero sensus orationis in juramento interpretandus est, prout eum capie qui jurandum deferre vel exigere, dummodo tamen hic discrete mentem suam explicuerit; enimvero non nobis loquimur, non nobis juramus, sed alii quibuscum negotium est.

39) Denique circa interpretationem juramenti et hoc observandum, Juramenta scilicet tacitas omnes conditiones, limitationes, et exceptiones, quae ex ipsa rei natura fluunt admittere, fluit enim hoc ex natura et indole jurisjurandi.

40) Fluit quoque in juramenti fines et usus ejusdem divisio. Quaedam enim promissis, pactive adduntur, ut eo majori cum Religione observentur; quaedam vero adhibentur ad confirmandam alicujus rei assertionem circa factum illiquidum. Primum, Promissorium appellatur. Secundum, Assertorium. Promissorium itaque ad assecuranda futura, Assertorium ad confirmanda praeterita adhibetur, et ad haec duo Genera omnes Juramentorum species referri queunt. (De quibus in (libris))

41) Jurijurando opponitur <sup>x1</sup> 1º temeraria vindicta Divina provocatio, quae vel circa res impossibiles, illicitas, aut nullius momenti, vel sine deliberatione fit.

42) 2º Perjurium, quod est provocatio vindictae Divinae sub conditione mendacii aut perfidiae, ubi vel mendacium est, vel perfidia.

43) Denique Jurijurando opponitur Relaxatio vel dispensatio, quando scilicet vel superior Jurantis declarat juramentum propter defectum potentatis in Personam Jurantis fuisse nullum, vel superior ejus cui jurato

47. *Sine Nunc cum jus. A. Nunc cum id est si iudicium ut via aperienda ad decidendum aliquid factum illiquidane, in quod alia via commodius decidi nequit, sequitur quod pro temerario sit habendum iuramentum ubi vel nulla probatione opus, vel ubi alius arguementis res commodius demonstrari potest, aut ubi non est conveniens probationis objectum.*

48. *Qui jurat per id quod non credit esse verum, est iniustus non perjurus. Qui per falsum iuramentum perjurum perjurium committit si falso iurat aut per fidei. Veluti Lex. Maj. reus est qui principem suum interficere intendens, Principi inimicum ex errore occideret.*

51. *temerari i.e. ubi vel nulla probatione opus, vel alio modo fieri poterat, vel ubi iuramentum non absolvit probationem.*

BIBLIOTHEQUE  
DE GENÈVE

quod promissum est legitimas ob causas obligationem inde ortam - 101  
Juranti condonat. | <sup>XII.</sup> Hæc quoad Juramenti Theoriam, sufficienter,  
Mores de Officiis Hominum circa juramentum nonnulla subjungenda sunt.

- 44 Quod ut rectè intelligatur, Observandum est, Juramentum duplici  
modo considerari posse, scilicet<sup>o</sup> ut Actum Hominis erga Deum, quatenus  
nimirum, Juramentum Divini Numini provocacionem continet, eoque  
pertinet Preceptum generale, de Deo colendo.
- 45 Vel 2o Juramentum, considerari potest tanquam medium quo -  
Negotia in vita Civili expediuntur.
- 46 His præmissis, Primum Preceptum hoc est, sc. ut cum pietate ac reve-  
rentiâ ad juramentum accedamus.
- 47 Secundum hoc esto. Non jura temerè. Fluit enim hoc ex formulâ  
et fine jurit-jurandi.
- 48 IIIum. Non jura nisi per Deum, et quidem illum, quem verum  
esse credis.
- 49 IVum. Veritatem in Jurando loquere.
- 50 Vum. Quod jurato promissum religiosè serva.
- 51 VIum. Denique, Ille cui juratur et hoc preceptum observare debet,  
nimirum, Juramentum non est temerè ponendum; erit enim hoc  
contra finem juramentorum et reverentiam Deo debitam.

Handwritten text in a cursive script, likely a list or index, covering the top half of the page. The text is mirrored across the gutter, suggesting bleed-through from the reverse side.

**BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE**

Handwritten text in a cursive script, likely a list or index, covering the bottom half of the page. The text is mirrored across the gutter, suggesting bleed-through from the reverse side.

*Puff*

102

Caput Duodecesimum.

De Officio circa acquirendum rerum dominium.

- § 1 Juxta hujusmodi Capituli Inscriptionem, duo hic generaliter faciendae sunt, 1<sup>o</sup> scilicet exponenda venit dominii natura, cum de Officio -  
Hominis circa rerum dominium videndum est.
- 2 Quod ut melius fieri queat, tres erunt hujusmodi Tractationis Partes Generales; Prima Pars erit de facultate, seu jure hominibus in rebus hujus Universi competente. Secundo videbimus, quomodo ratione generalis illa facultas rebus creatis utendi ius aliquod peculiare, dominium nempe, produxerit, simulque dominii naturam explicabitur. Tertia denique Pars varias acquirendi dominii modos particulatim exponet.

Pars Prima

- Puff § 1. 1 Ita est Homo à Deo concinnatus, eaque est Humani Corporis -  
constitutio, ut conservari nequeat et vitam producere, nisi rebus -  
illis utatur quibus hinc in terra circumdatus est.
- 2 Hinc intelligimus Dei voluntatem hanc esse, scilicet ut Homo  
rebus creatis utatur ad sui conservationem, et hunc in finem vires  
suar naturales exerceat.
- 3 Cum autem quicquid approbat ratio <sup>ut medium</sup> ad promovendam hominis  
felicitatem aptum, nomine juris generaliter veniat; hinc quoque  
patet facultatem illam quomodo Homo rebus creatis uti potest pro jure  
merito haberi posse, si quidem et à ratione approbatur, et ex Dei -  
permissione proficitur.
- 4 Jus verò illud generale rebus creatis utendi dominium universale  
appellari potest, Competit enim omnibus omnino hominibus, et est  
fundamentum dominii particularis.
- 5 Fundamentum juris illius sunt naturales hominis necessitates,  
idèòque indiscriminatim et absque ulla regula rebus illis -

Capitulum de officio

De officio eius ad quod pertinet...

1. In his rebus quibus...  
2. In his rebus quibus...

3. In his rebus quibus...  
4. In his rebus quibus...  
5. In his rebus quibus...

Capitulum de...

1. In his rebus quibus...  
2. In his rebus quibus...



3. In his rebus quibus...  
4. In his rebus quibus...

5. In his rebus quibus...  
6. In his rebus quibus...

7. In his rebus quibus...  
8. In his rebus quibus...

9. In his rebus quibus...  
10. In his rebus quibus...

11. In his rebus quibus...  
12. In his rebus quibus...

uti nequit, sed modus in earum usus adhibendus, juxta recta rationis  
prescriptum.

6 Denique, quoniam omnibus hominibus unus eademque est na-  
-tura, necessitates eadem, vires propemodum eadem, hinc sequitur  
Ius illud quod hominibus in res creatas competit aequale esse  
omnibus, neque ullum plus juris hoc respectu sibi tribuere posse  
quam ceteris.

## IV.

7 His ita generaliter praemissis, Homines vel rebus inanimatis ad  
sui conservationem utuntur, qualia sunt vegetabilia; vel animatis,  
seu animantibus.

8 Vegetabilia quod attinet, res nullam difficultatem praemittunt; et hominem  
fructibus, plantis ad sui conservationem uti posse apud omnes est in  
confesso.

## V

9 Animalibus vero etiam eum uti posse, eaque ad sui conservationem  
absque injuria occidere, et comedere, existimamus.

10 1<sup>o</sup> enim, nulla certe datur Homines inter et animantia Societas,  
jam autem ubi nulla adest Societas nullum quoque adest jus,  
nullaque obligatio invicem intercedit.

11 Ea defectu autem Communis Juris sequitur nullam posse fieri  
bestiis injuriam, neque etiam hominem à bestiis injuriam accipere  
posse.

12 Ea ipsa itaque naturali Brutorum condicione intelligitur,  
Homines posse absque injuria vires suas naturales adversus eas  
exercere.

13 Quod ex eo ulterius confirmatur quod brutorum internecio homi-  
-nibus omnino necessaria sit, ad hoc ut vitam conservare possint,  
eamque commode transigere.

14 Nisi enim animalia occiderentur, eò usque tandem pullularent

16. Negarunt plures olim bruta posse occidi ex hoīs uerbis appli-  
cari. Dicebant injuriam sic ei fieri: Verū an injuria fit  
ei quocum nulla juris est communicatio. Sive dolore eam non  
posse destrui. Fateor, ergo vitanda crudelitas. Sive femlib;  
istis epulis vitam hominis conseruare posse: fortitan. Verū  
Deus uult non modò ut simus sed & ut suauiter uiuamus.  
Dicunt deniq;. Osium carnis insalubrem & hoies efferratos  
reddere. Quod uero de hujus usu moderato, concedo de inglorie.  
Ceterū quis non uidet totam illam hypotesim, prater-  
tim de injuria qua bestiis fit, conceptam fuisse ab iis  
qui transmigrationem animarum docebant.

1. Vidimus enim dominium particulare fluere ex illo dōo  
universalis.

23.

4. Substantia sic excludit res incorp. seu iura quae non sunt  
obj. dōi. ... BIBLIOTHÈQUE  
... DE GENÈVE  
... sunt attributa personae.

5. habere Eriū hāc facultate alios excludendi & arcendi  
a re nostra consistit essentia dōi. Sublata enim illa illi  
quis dōus esse desinit. Reliqua enim dōi effecta quae  
in ejus definitione solent enumerari separari possunt  
a dōo ut uelut h. quis maneat dōus. Sic eq. facultas  
omnem utilitatem percipiendi, constituto v. infra proprietate  
separari potest. facultas de re sua libere disponendi non  
competit pupillis. facultas vindicandi non gaudetis  
qui commodauit rem ad certum usum, nec re illa neces-  
sario indiget.



ut hominibus infesta fierent, et segetes fructusque terrae adeo vastarent ut homo non amplius posset necessitatibus suis exinde providere.

55 Colligamus itaque ex dictis, Homini competere facultatem non modo vegetabilibus, sed etiam animantibus utendi.

56 Verum usus ille rerum Creaturarum juxta recta rationis praescriptum, et pro rationis necessitatibus humanarum semper est instituendus, et sedulo cavendum ne cum immanitate jungatur.

Lars VI. Secunda.

5 Postquam de facultate hominis circa res generaliter diximus, sequitur nunc ut videamus qua ratione dominium, fuerit introducendum, simulque illius naturam et obiectum explicemus.

2 Itaque, Jus illud quod natura homini competit rebus creatis utendi, duplici ratione pro duplici ejusdem exercitio considerari potest.

BIBLIOTHÈQUE DE GENÈVE

3 Vel enim alios ad usum ejusdem rei admittit; et tunc Communio dicitur: Vel ex aduerso alios omnes ab usu ejusdem rei excludit; et Dominium vocatur.

VII.

5.3. 4 Est igitur dominium, sive proprietas, Jus quo aliqua res, veluti Substantia, ad plenissimum utendi effectum ad aliquam pertinet, ita ut eodem modo in solidum ad alium vel alios non pertineat.

5 Haec itaque est vis dominii, et in eo consistit ejus essentia, ut de rebus quae propriae dicuntur pro arbitrio nostro disponere possimus, et ab earundem usu quovis alios arcere.

6 Dixi in Definitione, eodem modo. Tenim nihil impedit quominus res eadem diversa ratione ad diversos homines spectet. Sic v.g. in eundem fundum Civitas habet dominium eminent, Dominus fundi directum, Emphyteuta utile.

10. II. *Comm.* Neq. est status ille rerum in medio quibusvis exponi-  
tarum. seu status ille quo res res sunt quoad proprietatem  
nullius, quoad jus occupandi oibus patebant.

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

14. quatenus *ℓ.* impediunt quominus haramie inhita  
hodie se in vicinis tartent hinc in communione negat  
nulli mortalium est jus alteram usum rerum nullius  
excludendi.

15. si ergo unus homo esset in mundo et si is prohibita poneret ut  
reb. creatis, terminus tamen dominii, neq. terminus com-  
munionis ad istum usum quadraret.

7 Dixi prætereà in solidum. Nam et plures eandem rem eodem<sup>105</sup> habendi modo tenere possunt, non tamen in solidum, sed pro rata quilibet parte.

VIII.

8 Communio vocabulum vario usurpatur sensu,

9 In genere tamen definiri potest, Jus quo res aliqua ita pertinet ad aliquem, ut eodem modo pertineat ad alium vel alios.

10 Duplicem verò faciunt Communioem: unam scilicet Positivam, Alteram Negativam.

11 Sic v.g. Cum res hujus terre considerantur quatenus à Deo omnibus hominibus sunt destinatae, nec ullum adhucdum intervenit factum humanum, quo ad hunc potius quam ad illum pertinere declarentur, res tales negativè Communis dicuntur.

12 Positiva verò Communio est, cum res aliqua in plurium hominum conjunctione sumptorum proprietate, seu dominio est, ita ut alii omnes præter Dominos, ab usibus illius rei prohibeantur. Et in Coheredibus.

13 In hisce tribus juribus, Dominio scilicet Communione Positiva et negativa Res quæ horum sunt objectum, peculiare accipiunt denominationes, suntque vel in dominio seu proprietate, vel Communis, vel Nullius.

14 In dictis sequitur, 1º Proprietatem et Communioem, quatenus rebus ipsi tribuuntur, non esse qualitates Physicas quæ intrinsecè res ipsas afficiant, sed qualitates Morales quæ ab impositione hominum originem ducunt, quæque affectum duntaxat Moralem produciunt aliorum hominum respectu.

15 In dictis patet 2º Dominium et Communioem supponere plures homines inter se societate conjunctos; dominii enim essentia non modo consistit in facultate re aliqua utendi, sed in tali facultate quæ ceteros omnes ab usu illius rei excludat.

16 Uno verbo, Dominium et Communio sunt Jura species, supra verò

17. *Actis à Deo missilibus, unusquisq. jus habet res sparsas  
20 occupandi; at ante occupationem singula res non facta  
sunt singulorum.*

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

23. *Beati ergo Divites aliqua obligatione premittunt ad  
erogandam cleemosinam.*

106

demonstravimus, jus pro facultate acceptum supponere hominum inter se societatem, adeo ut nullum jus intelligatur ubi nulla est Societas. Jus in uno supponit obligationem in alio.

- 57 Non modo dominium supponit hominum inter se societatem, sed et insuper factum aliquod humanum, quo nimirum res à Deo in medio omnibus expositæ propria alicujus fierent.
- 58 Quod ut melius intelligatur, hic revocandum est quod superius jam diximus, nimirum Deum omnibus hominibus concessisse terram, fruges, et animalia, ut exinde necessitatibus suis providerent.
- 59 Sed verò Jus illud rebus creatis utendi jus est generale, et indefinitum, indifferens tam ad communionem quam ad dominium, adeo ut jure illo uti potuerint homines ad libitum, servatâ tamen socialitatis ratione.
- 20 Uno verbo, per expressum Dei Mandatum, res neque propriae neque communes factæ sunt, sed proprietate mediata ex facto aliquo humano originem habet.
- 21 Hic ita, manifestò sequitur, quod in statu Communionis primævo, si quis aliquid ex rebus in medio positis et sibi convenientibus, servatâ Socialitatis ratione, occupaverit, eâ intentione, ut illud ad suum usus applicaret, id ipsi ab altero nisi injuste exigi non potuisse.
- 22 Hæc Regula voluntatis Divinæ sequela est, necessaria, nec non Sociabilitatis: cum enim aliquid indefinite pluribus donatum et destinatum esse, tunc ea voluntate Donantis qui primus res quadam occupat earum dominium contra alios valiturum, necessario sibi acquirit.
- 23 Diximus autem, servatâ socialitatis ratione; cum enim pari jure omnes homines quoad res creatas gaudeant, hinc socialitas necessario exoptulat, ut nemo ex illis plus quam par est sibi curat, i. e. ita ut alii supersit unde necessitatibus suis providere queant.

Faint, mostly illegible handwritten text in a cursive script, likely from a 17th-century manuscript.

2829. *Si enim hic requi veretur in media etiam abundantia  
fame pereundum foret*

BIBLIOTHEQUE  
DE GENÈVE

Additional faint handwritten text, including a large heading that appears to read "De...".

- XII.
- 24 Origo itaque dominii singularis à facto hominum, nimirum occupatione, repetenda est. 107
- 25 Quod ita tamen accipiendum non est, quæsi Occupatio Physicæ et materialiter <sup>in se</sup> considerata, et quatenus actus est merè Corporeus, effectum aliquem Moralem habere possit, hoc enim foret absurdum.
- 26 Verum Occupatio hæc consideratur tanquam animi signum, quo quis alius manifestat se velle facultates sibi à Deo concessas, uti, et rem aliquam suam, facere: Occupatio autem hoc respectu considerata effectus Morales producit, nimirum, jus et obligationem, cujus obligationis vi a vè per unum occupatam, ceteri debent abstinere.
- XIII.
- 27 Occupatio itaque definiri poterit, Rei quæ nullius est apprehensio, cum animo eam suam, faciendi.
- 28 In dictis manifestò sequitur, prævio aliquo consensu eorum qui per dominium ab usu alicujus rei excluduntur opus non fuisse, ad hoc ut Occupatio haberet vim constituendi dominii, quæ tamen est Ruffendorffii sententia.
- XIV.
- 29 Sufficit enim sola Dei voluntas, et destinatio, quæ invito etiam aliis hominibus effectum sortitur, et dominium producit.
- 30 Præmissis hæc principiis, Superest ut videamus, quâ ratione juxta illa principia primæva rerum Communio paulatim abolita fuerit, et dominia inter homines introducta.
- 31 Et 1º observandum est, hanc questionem esse facti: quamobrem Conjecturis duntaxat hæc locus esse potest,
- 32 Hæc posito, verosimiles admodum est primis temporibus, dum pauci adhuc erant homines, eos de rebus mobilibus, quæque usu consumuntur, potius quam de Immobilibus fuisse sollicitos.
- 33 Si quis fructus aliquos decerpserat comedendi gratiâ, aut ad

57. Huc referenda Observatio Grotii: putat hic dupliciter factam  
occupationem vel per Universitatem, vel per fundos.  
Per Univ. quando tota multitudo trachem terra occupat  
quam postea inter se dividit. Eo modo Israelita terram  
Canaan occuparunt. Per singulos, quando singuli  
singula apprehendunt, veluti Tartari aliq. Nomades  
populi. Ita multiplicato primùm genere humano  
necesse fuit integras familias & inde natas gentes  
totas provinciis communi nomine occupare easq. com-  
munes habuisse. deinde singuli ex ista gente ceu un-  
ficuti dus reliquis occuparunt res singulas sibi ne-  
cessarias, sicq. natum est Dominium.



108

futuros usus reposuerat, fructus illi ejus fiebant, neque ab aliis  
ipri poterant eripi, sed ita tamen, ut ipsa arbor vel fundus in  
medio seu communis omnium remaneret.

34 Præsertim vero quæ labore et cultura Hominum producabantur,  
illius erant qui producendis iis operam impenderat; Quippe Quilibet  
industriæ et operarum suarum Dominus est.

35 Multiplicato deinceps Genere Humano immobilium dominia  
tunc temporis videntur fuisse introducta, ut scilicet unusquisque  
necessitatibus suis certè, provideret, neque ab aliis turbaretur.

36 Itaque agri illi quos quis occupaverat eisdem colendo, muris  
aut sepimentis circumscribendo suos faciebat, et reliquos omnes ab  
eorum proprietate et usu excludebat.

37 In dictis itaque sequitur, non simul et semel dominia fuisse  
introducenda, sed successive, pro ratione sc. humanarum necessitatum.

38 Queritur autem, an Utilis fuerit Humano Genere hæc dominiorum  
distinctio, an vero melior fuisset Humana Societatis conditio si in  
primævâ rerum omnium communiōe homines permanissent?

39 Dominiorum vero introductionem Humano Genere perutilem  
fuisse, sequentes rationes probant,

40 1<sup>o</sup> enim, Communio rerum omnium innumeras lites necessariò  
peperisset; terra enim spontè suâ res omnes necessarias vitæ non  
producit, sed culturam hominis insuper desiderat, atque hæc non  
potuissent non rixâ exoriri, propter scilicet inæqualitatem laboris  
unicuique consumptioni hæud respondentem.

41 2<sup>o</sup> positâ rerum Communiōe nullæ fuissent artes, nullæ disciplinæ,  
nullæ scientiæ, nullum enim fuisset laboris et industriæ præmium.

Handwritten text in a cursive script, likely a list or index, with some lines starting with numbers like 24, 25, 26, 27, 28, 29, 30, 31, 32, 33, 34, 35, 36, 37, 38, 39, 40, 41, 42, 43, 44, 45, 46, 47, 48, 49, 50, 51, 52, 53, 54, 55, 56, 57, 58, 59, 60, 61, 62, 63, 64, 65, 66, 67, 68, 69, 70, 71, 72, 73, 74, 75, 76, 77, 78, 79, 80, 81, 82, 83, 84, 85, 86, 87, 88, 89, 90, 91, 92, 93, 94, 95, 96, 97, 98, 99, 100.

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

Handwritten text in a cursive script, likely a list or index, with some lines starting with numbers like 101, 102, 103, 104, 105, 106, 107, 108, 109, 110, 111, 112, 113, 114, 115, 116, 117, 118, 119, 120, 121, 122, 123, 124, 125, 126, 127, 128, 129, 130, 131, 132, 133, 134, 135, 136, 137, 138, 139, 140, 141, 142, 143, 144, 145, 146, 147, 148, 149, 150, 151, 152, 153, 154, 155, 156, 157, 158, 159, 160, 161, 162, 163, 164, 165, 166, 167, 168, 169, 170, 171, 172, 173, 174, 175, 176, 177, 178, 179, 180, 181, 182, 183, 184, 185, 186, 187, 188, 189, 190, 191, 192, 193, 194, 195, 196, 197, 198, 199, 200.

Vitriarii  
in Gros. 2.  
A. 13.

42 Imò segnitia et negligentia plerique Homines se dediderunt, 169  
alieno labori et industria confidentes.

43 Denique si primæva rerum Communio subtraheretur, necessario inde  
Secuta esset conditionum omnium inter Homines æqualitas, æquales  
enim fuissent omnes propter bonorum æqualitatem, adeòque omnis  
provis cessaret inter Homines subordinatio, eoque tandem redacti  
fuissent ut ferè nulla fuisset inter eos mutuorum officiorum et  
auxiliorum communicatio.

44 Quod enim Homo Homini interserviat, id ex mutuâ illâ dependentiâ  
quæ inter omnes intercedit oritur, dum se unus rem aliquam quâ  
indiget ab altero expectat, quam ille vicissim aliâ re huic compensare  
potest.

45 Colligamus itaque proprietatis institutionem, dominiorumque  
distinctionem Humano Generi perutilem fuisse.

§. 4. 46 Videamus jam de Objecto dominij, seu quænam res idoneæ sint  
ut in proprietatem veniant.

47 Itaque Quoniam proprietatis finis est, ut quis rem sibi necessariam  
per apprehensionem acquirat, ita ut alios omnes ab usu illius rei -  
in posterum arcere possit, hinc eria vulgò requiruntur ex parte rei  
ut eam dominio subiciatur.

48 Scilicet, 1<sup>o</sup> ut res illa, usum aliquem hominibus præbere queat;  
Verum admodum difficile foret rei alicujus planè inutilis exemplum  
proferre.

49 Requiritur 2<sup>o</sup> ut res ejus sit natura ut illius usus omnibus (non  
vel ut sit unus exhausti)  
sufficiat; Verum neque hoc requisitum aridet; ex eo enim quod  
res quædam tantæ sint amplitudinis ut eorum usus omnibus -  
sufficiat, sitque inexhaustus, sequitur potius quod ex rebus ejusmodi  
Unusquisque possit sibi quantum velit sumere absq. aliorum injuriâ.

Vitriarius  
in Grot. l. II. c. II.  
A. 13.

52-53. Hac quaestio de Diō maris non calami sum inter Selde-  
num & Grotium, sed oras inter Anglos & Batavos  
disceptata fuit. Delineat author summam divisionis,  
addam. In mari sunt quaedam usus exhausti veluti  
captura piscium majorum, uniuersa ex. circa quae  
nullum dubium quin possint occupari et ab aliis  
arcei. alia sunt usus inexhausti ut navigatio. quoad  
quam disting. res qui transmarinas aliquas provin-  
cias, quae licet quosdam excludere navigatione quam  
vel occupationis. vel commerciorum causa potunt  
illic institui, nisi pactis & foederibus aliter cautum  
sit, cum in cuiuslibet gentis arbitrio positum sit utrum  
commercia cum exhaustis velit Civibus perquirere  
neque. At navigatione quae ad Provincias mariti-  
mas non exhaustas commerciorum causa instituitur,  
non magis quis alios prohibere potest sine iniuria  
quam usu viae publicae, nisi tamen navigantis  
obstant pacta & foedera.

55. Ex supra dictis omnibus colligere possumus Res oēs hujus  
universi triplicis esse generis. Vel enim ita sunt compa-  
ratae ut dominium subire non debeant, uti Virtus Occa-  
nus, lumen caloris, Solis, &c. a quo proflant - haec voca-  
mus Universalia & negativè communes. Alia possunt  
esse in Deo sed nondum sunt, uti ferri, tractus terre non  
occupati, &c. haec vocantur Res nullius. Alia denique  
existunt in dō, et quidem aut plurimum & sunt posi-  
tivè communes, aut in unius & vocantur propria.

Hein ad  
Vitr. 111

55.

50 3<sup>o</sup> denique requiritur ut res dominio subijcienda, apprehensioni et custodiæ hominum aliquatenus sit obnoxia.

51 Cum enim dominium includat jus alios Homines à re quapiam arcendi, inutile foret hoc nisi advenis alios posset reverà in actum deduci.

XVII.


Hein. ad §. 4. 52 Hinc patet quid de Controversiâ illustri, nimirum de Maris dominio, sit pronuntiandum.

Vit. L. II. c. 11. §. 14. c. 11. §. 10.

53 Scilicet, Vasti Oceani dominium sibi asserere non modo stolidum, sed et injustum foret: Vastus enim Oceanus neque occupari, neque custodiri potest.

54 Verum alia est ratio Maris quod terras alluit, ac instar munimentis est; hoc enim cum littoribus occupatum merito presumitur, siquidem facillimè potest custodiri.

55 In dictis itaque hæc fluit conclusio, sc. Objectum dominii singularis esse res que occupari queant, et quarum custodia moraliter alicui est possibilis.



XVIII.

Parti Tertia.

De Variis acquirendi dominii modis.

§ 1 Semel introducto rerum dominio, sola occupatio non amplius erat sufficiens, sed alii in super introducendi erant modi, quibus res alicujus factæ in alterius dominium de novo transire possent.

§. 5. Hein. ibid.

Itaque, Modus acquirendi dominii nihil aliud est quam factum quo mediante dominium ex præscripto legis, vel Naturalis vel Civilis, acquiritur.

§ 3 Tripliciter autem Modi acquirendi dominii distingui queunt, 1<sup>o</sup> vel in Originarios et Derivativos, 2<sup>o</sup> vel in Principales et Accessorios, 3<sup>o</sup> vel in Naturales et Civiles.

n

5.6 Res nullius sunt tales vel quia nemo jus in illas sibi ad-  
huc dum asseruit, quod propterea remanserunt in prima  
va communione, uti fera bestia, tractus terra, vel quia postea  
sive eas dereliquit i.e. abiecit eo animo ne amplius essent  
~~res~~, vel quas ab initio in usus amittit sed quas postea pro  
derelictis habita sunt, uti sunt thesauri.  
Ceterum tres occupat. modi recensentur. Genatio, inventio,  
hostilitas.

8. Omnis ergo voluntas Dni de dominio rei sua in aliam  
transferendo, sive expressè declarata, sive ex certis signis  
elicta pro traditione est dominiumq. in alterum accep-  
tantem valide transfert. Huc videtur quid pater auctor  
de doctrina Rom. circa tradit; qui non iudi, partis sed  
traditione tantum dominia rerum transferri vole-  
bant; hanc doctrinam ~~pro~~ <sup>pro</sup> civiliter ~~introduc~~ & simplicitati  
juri natura repugnantem habet.

11-15. Quid fieret de bonis ~~meretricium~~ <sup>DE GENEVE</sup> si pervenirent ad eum  
quam vel ipse moriens, vel lex, ipso tacite, designat.  
An eam indicaret Princeps? Sed brevi in privatorum do-  
natio nihil amplius esset. An primo occupanti cederent?  
Verum sic innumeræ nascerentur turba, & jam ademer  
bellum omnium in omnes.

Multi ad testamentum insurrexere eruditi negantes ea  
esse ex jure natura; tamen quia nemo potest velle post  
mortem, i.e. in illud tempus quo velle amplius  
nequit: tamen quia voluntas dantis & accipientis  
nunquam junctæ fuerunt, adeoque nullum donum  
translatum. Itaque vera sunt, merito tamen ubiq.  
ferè introducta sunt testamenta: æquum enim videtur  
ut de industria sua præmissis disponere queat is qui  
multo labore ea quasidit, nec eos habeat patrimonii  
sui Successores quibus cum forsitan simultates exercuit;  
interit Neq. ut sic alacriores fiant hoies ad augendum  
66

- 4 Modi acquirendi Originarii dicuntur qui in re nullius -  
Dominium constituuntur.
- 5 Dominium originarie acquiritur per solam occupationem  
quoad res que vel nullius sunt, vel à Domino derelictæ.
- 6 Porro occupari possunt, vel res Immobiles, v.g. terra, ædificia,  
vel res Mobiles, quomodo sunt animalia, fructus.
- 7 Modi verò acquirendi Derivativi illi sunt qui dominium semel  
constitutum in alios transferunt.
- 8 Omnes autem Modi Derivativi regulariter nituntur voluntate  
Domini prioris, et ejus in quem dominium est transferendum.
- 9 Illi sunt, vel Naturales, quimero et simplici Partium consensu  
constant, v.g. donatio, venditio; vel Merè Civiles, qui sine speciali  
Domini consensu dominium transferunt, ut videre est in Usucapione,  
vel denique Mixti dicuntur, qui præter Partium consensum, peculi-  
arem formam à Jure Civili adjunctam, habent, ut videre est in  
Testamenti et Contractibus.
- 10 Derivativi acquirendi Modi, vel eorum mortuò respiciunt, ut  
Testamenta, et Legata; vel inter vivos plenum habent effectum,  
ut videre est in Contractibus.
- 11 Testamentum est dispositio revocabilis de eo quod quis de bonis  
suis post mortem suam fieri velit.
- 12 Testandi facultas Civili rationis usu gaudenti, et liberam  
rerum suarum administrationem habenti, naturaliter rectè  
tribuitur.
- 13 Dupliciter autem transferetur successio, Vel per Testamentum,  
si aliquod adit; vel ab intestato, si quis nullum Testamentum  
reliquerit.
- 14 Si quis igitur ab intestato decesserit, illius bona sibi vindicantur.

BIBLIOTHÈQUE DE GENÈVE

§. 6.

§. 9. Tit.

§. 10. 11. 12.

Hein. ad §. 12.

tuendum patrimonium, quod evenit si bona sua relinquerent  
possint eis quos maxime diligunt.

17-19. *Ubi* seu *Præscr.* (nam hic confunduntur) quatenus certotem-  
pore complectitur *dot* juris *Civ.* inventum; nam tempus  
quod in sola relatione consistit dominium sua pte natura  
nec dare nec adimere potest: nolim tamen cum habere  
pro illicita x *juris Nat.* contraria. nam *Lex Civ.* hunc finem  
solicitudinis et periculi litium, hanc Patronam generis  
hant: in odium *Dni* negligentis & favorem promissionis  
b. f. introduxit, ne dominia rerum semper essent in  
incerto, propriis cum diuturna *Dni* patientia pro  
consensu in alienationem rei sua haberi possit.  
At *præscr.* immemorialis videbitur me tranquillitati  
gen. hant. *origo* memoriam *hominum* viventium excedit silentium  
sufficit ad conjecturam rei derelictæ, et certum est hanc  
ponderare, incerta vero quam alter allegat possessionis  
justitia, adeoq. inter Gentes locum habere debet, ne  
perpetua sint bellorum causa.

20. *sic* vitulus est dilatatio *Vaccæ*, fructus dilatatio ar-  
boris &c. . . allatio est incrementum extrinsecum

21. *Accipio* triplex. *Nat.* *Industria*. mixta.

*sic* solius natura beneficio debemus foeturam animalium  
alluvionem, novam insulam, alveum derelictum  
*Industria* ~~novam~~ novam speciem, rem rei nostræ adjunc-  
tam, scripturam chartæ nostræ, picturam tela nostræ  
illam

Deniq. messem & autumnum *dot* partim ubertati soli  
Cæliq. clementie; partim cultura nostræ adeoq. & natura  
beneficio & industria nostræ imputamus.



ille quem majori amicitia defunctus prosequatur.

55 Hic autem Amicitia determinatur ex causis naturalibus, Communitate nempe sanguinis; atque hinc ferè omnes Gentes in assignanda hereditate hanc secuta sunt Regulam, quod sanguine Proximior eam debet acquirere. XXIII

56 Verbum quoque Subjungendum est de Usucapione, que imprimis ad Modos acquirendi Civiles pertinet

17 Usucapio definiri potest Actus quo rei aliene juxta certa requisita possessa sine speciali prioris Domini consensu dominium per Legem Humanam consequimur.

Vitriarius 18  
L. II. C. IV. A. §. 1. segg.

18 Prescriptio est quidem Legis Humane inventum, sed omnibus ferè Gentibus unitatum; si quis tamen in prescriptione explicanda ritè versari velit, ei consuetudo et præjudicia Juris Romani seponenda.

19 Finis Prescriptionis est Humanae Societatis tranquillitas, cuius interest ut dominia aliquando sint in certo, et ne occasio præbeatur bellis que necessario oriuntur ex nimia licentia vindicandi rem que olim ad nos vel Majores nostros pertinuit. Hæc de Modis acquirendi Principalibus, superest ut de Modo acquirendi Accessorio nonnulla dicamus. XXIV

20 Accessio est omnis amplificatio, omne incrementum alicui rei, que tanquam principalis consideratur, accedens, sive propria rei Substantia in se ipsa dilatetur, sive extrinsecè aliquod augmentum ipsi accedat.

21 Omnes autem Accessiones ad duas Classes referri possunt: vel enim solo natura, et citrà factum hominis proveniunt; vel facto hominis et industria. XXV

7. tit. 1. Barb. 22  
Vitriar. L. II. C. VIII  
X. II. segg.

22 Circa Accessionem Generalis hæc Regula traditur, Accessorium Sequitur dominium rei principalis.

25. ipsa re fructus ad Dñum agri, fetus ad Dñam matris,  
opera nostra vas quod confici ex materia aliena meum est  
extr. adv. nullius sit hinc referatis Allusionem, non avulsione.

26. res tignosaii usus sum in domo mea Adificanda  
opera Adificari in area aliena.

Communio (quedam) impropria. Ex ea quid accedere potest?  
Si res separari possit separantur, si unicusq. res sua resti-  
tuatur, tuncq. nulla doni erit mutatio. S. g. in casu avul-  
sionis - Si separatio fieri nequeat, unum totum corpus  
adjudicetur. praestita alteri satisfactio pro circum-  
stantiis.

28. plenissime i.e. Dñus rem quibuslibet usus adhibere  
potest: hinc et ex ipsa rei substantia ex ea accessiones  
atq. incrementis omnem capit utilitatem, fructus suos facit  
aut ex remissa conditio et disperdit pro lubitu, modo  
id non fiat eo consilio ut alii inde detrimentum  
capiant.

30. Leges quia Reip. interest ne quis se sua male utatur, mixtum  
non ut Dñum aliquando actionibus limitibus circumscriptis  
a Receptoribus Civitatum, ac proinde nonnunquam liberam  
dispos. (ut pupillis, minoribus, furiosis) aliquando jus posses-  
sionem adprehendendi (uti Legatariis) aliquando jus via di-  
candi (in tigno juncto) vel plane adimi, vel non nisi cum  
certa conditione concedi. Conventione quid si V. Junct.  
servit. aurichresim in remeā concesserim: addo Testam.  
quo ligatur fiduciarius.

24 Quae Regulae ut melius intelligatur, sequentibus Regulis - 113  
opus est.

25 1<sup>a</sup>. Si id quod rei nostrae accedit, vel ex <sup>ipia re</sup> nostrae provenit, vel opera  
nostrae producat, aut extrinsecus adveniens nullius sit, Accessio  
naturali ratione, dominium rei sequitur.

26 11<sup>a</sup>. Si vero res aut operas accedens, vel in totum vel pro parte  
alterius sit, tum naturaliter oritur quaedam Communio, sive  
conjunctio rerum facta fuerit casu, sive voluntate utriusque  
Domini, sive unius, sive etiam facta tertii.

27 Atque ex hisce principiis de singulis Accessionum exemplis,  
quae in Jure Romano memorantur, facile dijudicari potest. Haec de  
variis modis acquirendi dominii.

28 Effectus dominii in eo praesertim consistit, ut re nostra plenit-  
-simè uti frui possimus, eamque à quolibet vindicare.

29 Facultas vero alienandi sua re repetitur ex dominio, cum  
ipsum sit dominium quod alienatur, neque res eadem possit  
esse alienationis causa et objectum.

30 Facultas itaque alienandi fluit ex libertate naturali, quae  
tam circa dominium quam alia jura tamdiu occurrit, quamdiu  
lege, conventionem, similive actu non est restricta.

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

9. Divitiis non est superbiendum. . . Mimenta nostra perdere  
fas non est ubi plus satis habemus. . . Si terra & flumina  
& pars maris in privitatem alicujus populi venerint, tran-  
situs innocuus aliis hominibus non debet denegari.

114

Caput Decimum Tertium.

De Officiis quæ ex dominio rerum oriuntur.

- 1 Postquam de origine, dominio, ejus naturâ, simulque modis quibus constituitur diximus, Consequens est ut videamus de obligationibus et Officiis quæ ex introducto dominio hominibus observanda veniunt.
- 2 Itaque facultas rebus creatis utendi quæ per dominium exercetur tota lege naturali dirigitur, ac potissimum triplici ratione considerari potest.
- 3 1<sup>o</sup> Scilicet respectu Dei rerum omnium Creatoris, 2<sup>o</sup> respectu ipsius Homini rebus creatis utentis, 3<sup>o</sup> intuitu aliorum Hominum.
- 4 Quoad 1<sup>um</sup> respectum, Lex naturalis hoc præceptum suadet, nempe Nôn utere rebus creatis in contumeliam Creatoris, sed potius in ejusdem gloriam, h. e. in hunc finem, propter quem hominibus sunt concessæ.
- 5 Coeretur itaque hoc præcepto abusus rerum creatarum, quando scilicet inutiliter et petulanter perduntur aut dilapidantur.
- 6 2<sup>o</sup> Quoad Hominem, rebus creatis utentem, pertinet hoc præceptum, Ita utere, ut peritum usum non evertas bona tua, vel animi, vel corporis.
- 7 Fluit hoc præceptum ex iis quæ supra de Officiis hominis erga se ipsum diximus.
- 8 3<sup>o</sup> Officium denique Hominis erga alios Homines hæc duplici ratione considerari debet, nimirum 1<sup>o</sup> ratione, ipsius utentis erga alios Homines, 2<sup>o</sup> ratione, aliorum Hominum erga utentem.
- 9 Obligatio Hominis rebus creatis utentis erga alios Homines hæc est, Sic utere rebus creatis, ut æqualitatem cum aliis serves, scilicet ne abutaris

110 Dicimus tamen quod in casu gravissima necessitatis alius  
habeat jus in res meas.

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENEVE  
16 pacti nō quo titula, de quo titi, commodati, locati et rem  
habeat tertius.

18. rei pretium si res non amplius extitit, etiam si ea non perierit.

Sibus fruct etiam is quod percipit si debitam diligentiam  
adhibuerit.

vitr. 111

Luft. 5

Vitriar.

Q. 20-2

Vitr. L. II. c. II. § 31.

iisdem ad superbiam, Neve alios in tuo laedas, sed potius iisdem  
inervias. 115

luff. §. 1. Titius.  
Vitr. L. II. Cap. II  
q. 25-26. 29.

10 Obligatio vero aliorum Hominum erga Utentem Generali hoc  
praecepto continetur, Nemo alterum in usu rerum Creatarum directe  
vel indirecte turbet, sed potius patietur ut Unusquisque rebus suis  
utatur quiete et tranquille.

11 Coercentur itaque hoc praecepto furta, rapinae, et similia crimina;  
fluit hoc praeceptum ex praecepto de non laedendis aliis.

12 Veniunt ut paulo distinctius officia aliorum hominum respectu  
Domini exponantur, varii casus hic veniunt distinguendi.

13 Vel enim 1° res apud Dominum adhuc extat, vel pervenit ad alium.

14 Primo respectu, Observandum est Superius praeceptum de non turbando  
Domino in possessione, et usu rerum suarum.

15 Si vero res ad tertium pervenerit, id vel volente rei Domino factum  
est, vel eo invito.

16 Si volente Domino teneat rem detinet, eum juxta tenorem pacti,  
de utriusque tam Possessoris quam Domini officio dijudicandum est.

17 Si vero invito Domino quis rem alterius detineat, id fit, vel à Sciante,  
seu mala fidei Possessore, vel ab Ignorante, seu bona fidei Possessore.

18 Mala fidei Possessor rem, si adhuc extat, vel saltem rei pretium una  
cum omnibus fructibus, et omni eo quod interest, Domino restituere  
tenetur. Deducitur hoc ex praecepto de damno dato resarciendo.

19 Bona fidei Possessor ille est qui omnem adhibuit diligentiam ut  
cognosceret an res de qua agitur revera illius fuerit à quo eam  
acquisivit, qui tamen errore lapsus se non Dominum, pro Domino  
habuit.

20 Hoc posito, Quamdiu bona fidei Possessor qua talis et cum Domini  
alieni ignorantia rem detinet, tamdiu pro vero Domino est habendus,

22. Val. & irrev. vendidit, i. v. donaverit.

adv. verum domum si ergo res usucapta sit ab acquirente, jure suo cadit Ueni Dno

fructus q. de si igitur equum tuum quem 100 nos emeram, veldam 150, non tenebor restituere Dno dno superveni-enti 50 quos lucratus sum; quia hoc po acquisivi obnegociationem prudenter peractam eo tempore quo putabam me disponere de mea re. Puff. docet contrarium dicens rem rem posse locupletari cum damno alterius. proinde q. Loren. b. f. teneri ad restituendum Dno id est in quod locupletor factus est ex re ejus.

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENEVE

26-27. Unde rem suam vindicans a b. f. poss. et restituere debeat pretium quod erogavit quodq. non profuit ad auctore recuperare? questio controversa. Negant Grotius & Puff. dicentes Dnum recipere rem ubicumq. eam invenit, neque ex conventionis neque ex delicto teneri ad restitutionem pretii. Absurdum esse Dnum de novo rem suam emere. Theodorus contrariam tenet auctore & rationes praebet;

58.

59.

Puff. l. 11  
§. 12 (12)  
aliter  
l. 11. c. 10



omniaque jura et emolumenta proprietatis ad ipsum pertinent, <sup>116</sup>  
donec verus Dominus appareat.

21 Ratio hæc est, quod scilicet Societatis et proprietatis ratio exigere  
videtur, ut bona fides tantum valeat et operetur quantum ipsa  
veritas.

§ 8.9. 22 Hinc igitur, si de re illa bona fidei Possessor actu valido et  
irrevocabili disposerit, ad verum verum Dominum valebit hæc  
dispositio, fructusque et utilitates quas exinde percipit bona fidei  
Possessor suas faciet.

VI. 23 Si vero res apud bona fidei Possessorem adhuc extet, distinguendum  
videtur utrum bona fidei Possessor rem titulo lucrativo acquisierit,  
an oneroso.

24 Priori casu, v.g. si rem titulo donati bona fidei Possessor possideat,  
aliquum est ut illam vero Domino gratis et absque ulla pretii soluti-  
one restituat, tunc enim nihil ipsi abest de suo.

§ 10. 25 Verum si titulo oneroso, empta v.g. aut pignori, bona fidei Possessor  
rem alienam possideat, tunc 1<sup>o</sup> tenetur efficere quantum in se est ut  
pretium quod dedit ab eo qui rem vendidit aut oppignoravit. recuperet,  
remque vero Domino restituat.

26 Si vero 2<sup>o</sup> pretium quod dedit recuperare nequeat, b. f. Possessor non  
aliis tenetur rem vero Domino restituere, nisi verus Dominus tantumdon-  
at. b. f. Possessori restituere paraturus sit, quantum hic ad rem habendam  
de suo contulit, salvo tamen Domini jure adversus eum, qui rem  
alienam vendidit aut oppignoravit.

27 Neque enim ulla apparet ratio quare b. f. Possessor, cujus nulla est  
culpa, potius pretium quod erogavit amittere debeat, quam Dominus  
rem suam, præsertim cum aliquam arguat Domini negligentiam  
quod ille rem suam sibi auferri passus sit.

Puff. l. IV. ch. XIII.  
§ 13 (not. 1)  
aliter Vitriar.  
l. II. c. 10. Q. 16. 17.

1-2. Videtur ergo cur introducta commercia: quia scilicet. nūm  
hōium non sunt eadem facultates, alii quibusdam rebus  
abundant quibus alii indigent maxime, adeo q. vel ex  
alterius apparatu vel ex eisdem opera supplere debet id  
quod sibi deest.

4-5. Ostenditur hinc permutationem diu peragi non potuisse absq.  
astimatione variarum rerum seu pretio impositione.  
Adde permutationem diu non obtinuisse propter varia quib.  
laborat incommoda. 1.º Sap̄ qui alicuius rebus indigebat  
nihil plane habebat quod gratum esse possit alteri.  
2.º Sap̄ servari non poterat aequalitas. 3.º res permutatione  
non sine incommodo in loca remotiora ferri poterunt.  
hinc pecunia seu nummus inventus de quo postea.

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

6-7.

117

Caput Decimum, Quartum  
De Pretio.

Puff. 5.1.

- 1) Post introducta rerum dominia, necessitas Humani Generis, ejusdemque utilitas exoptulabat ut Commercia introducerentur.
- 2) Commercia nihil aliud sunt quam rerum et operarum mutual communicationes.
- 3) Cum enim non omnis ferat omnia tellus, neque quilibet ea semper possideat quibus indiget, necesse fuit ut quae sibi deerent peteret ab altero.
- 4) Hoc autem primis temporibus permutationis operae factum fuisse verosimile admodum est.
- 5) Verum, quoniam ille, qui rem suam alteri communicabat volebat vicissim aliam equivalentem accipere, at vero saepius eveniret ut communicarentur res diversi generis, hinc sponte sua secutum est ut rebus omnibus imponeretur affectio quaedam seu aestimatio, juxta quam res disparis naturae invicem comparari et exaequari possent, ut scilicet ab altero tantundem accipere posset quantum ipse dederat.
- 6) Haec vero rerum affectio seu qualitas Pretium dicitur, quod definiiri potest, Quantitas Moralit' rerum et actionibus juxta earum naturam consensu hominum imposita, cujus ope eadem inter se conferri, et aequales vel inaequales haberi possunt, atque ita sine lesione in commercium deduci.
- 7) Dicitur Quantitas Moralit', quia rerum aequalitas vel inaequalitas hic non aestimatur ex habitu rei Physicæ in respectu, sed quatenus Res aut usus aliquem aut delectationem in vita civili prestare possunt.
- 8) Pretium autem dividi potest in Proprium, seu Intrinsicum, et Virtuale, seu Eminens.

5.2.

9. Quamvis pretium istud dicatur interiussum certum est semper fieri comparationem inter rem <sup>aliam rem</sup> & operam singulas rem operam, vel operam cum operam... Sic ratio auri ad argentum est undecupla; bo. valet decem oves &c.

10. <sup>idcirco</sup> Cuius dicitur quod ~~est~~ <sup>est</sup> virtus, fama, decus, diuina humanaq. pulchritudinis parent; quas qui construxerit, ille clarus erit, fortis, justus, sapiens etiam rex Et quicquid volet.

12. natura aer, aqua, lumen &c. quamvis ponunt pretia non intendere. Sic pretiosius est praedium quod habeat aquam, aerem salubrem & liquidum, apricum lumen &c. Lex praedium non habent Res sacra, Officia Ecclesiastica Administratio iustitia

14. Verum enim est non ea semper qua maxime necessaria sunt maxime pretia haberi. Sape enim res & actiones ad instruendam vitia & vanitatem unice vel primario pertinentes majoris usus esse censentur adeoq. us pretium ingens tribuitur. In universum ergo usus est vel necessarius, vel utilis vel voluptuarius.

17. admiramus Providentiam Divinam qua fit res maxime necessariae et utiles viliori pretio constant; ad voluptatem vero comparata enormi ac saepe immenso; illas enim Deus copiosissimas produxit, has rariores esse voluit: egit ergo Deus velut Legislator prudentissimus qui Subditorum luxuriam cohibendum rebus ad luxuriam comparatis magnam vectigal imponit.

9 Proprium, seu Intrinsicum, Pretium illud est quod Rebus ipsis, 118  
vel actionibus in commercium venientibus inhærens concipitur,  
pro ratione utilitatis aut delectationis quam hominibus afferunt.

50 Virtuale verò pretium illud est quod nummis tribuitur, cuius ope  
pretium cuiuslibet rei proprium et intrinsicum, definiri potest et  
estimari, et communi quâdam veluti mensurâ cum rebus aliis  
conferri potest et exæquari. ~~###~~

51 In dictis itaque requiritur, Objectum pretii imponendi esse res et  
actiones in commercium venientes.

52 Hinc igitur Res illæ quæ vel Natura vel Lex removet à com-  
-mercio pretio careere dicuntur, vel inestimabiles censentur.

53 Ad hoc ut pretii intrinsici Naturæ rectè percipiatur, in primis  
ejus fundamentum considerandum est, tum etiam quare idem  
aliquandò augeatur, aliquandò minuatur.

54 Itaque Pretii quod rebus tribuitur duplex videtur esse causa,  
Prima scilicet Aptitudo rei ad præstandum aliquam usum, et quidem  
vel verum, vel hominum duntaxat opinione constitutum.

55 Hinc est quod res nullius usû nullum, solent habere pretium,  
et nullius pretii in sermone vulgari dicantur.

56 Secunda verò Pretii causa est rerum raritas, seu ut res  
promiscuè omnibus non sufficiat.

57 Aliâ enim si res aliqua ad eò inexhausti sit usû ut promiscuè  
sufficiat omnibus, tum nullius erit pretii, licet in se sit utilissima,  
quod exemplo aquæ communis satis intelligitur, quæ quamvis in se  
hominibus sit utilissima, imò et omninò necessaria, nullius  
tamen est pretii, quia scilicet inexhausti est usû.

58 Præterea Res una eademque non uno semper eodemque pretio  
estimatur, sed pretium ejus aliquandò majus, aliquandò minus est:

Faint, mostly illegible handwritten text in a cursive script, likely from a 17th or 18th-century manuscript.

23. usum. *Necessarium, utilem, voluptuariam*

*affected. les passions à la mode*

*hominum non cuiusdam hominis qui merum affectionis in re*

*aliqua ponit.*

BIBLIOTHEQUE  
LE GENEVE

Faint, mostly illegible handwritten text in a cursive script, continuing from the top of the page.

Etiam una alteri aliquando præfertur, licet hæc ~~alio~~ <sup>alio</sup> æqualem aut etiam aliquando majorem usum in vitâ humanâ obtineat, Quæritur itaque quænam sint augendi vel imminuendi pretii fundamenta.

- 19 Respondemus, fundamenta augendi minuendive pretii eadem esse omnino ac pretii imponendi fundamenta, nimirum aptitudinem rei ad aliquem usum hominibus præstandum, conjunctam cum earundem rerum raritate.
- 20 Hoc enim satis probatur quotidianâ experientiâ, rerum enim ad vitâ conservationem necessariarum, pretium maxime intenditur, si oriatur earundem raritas, ex adverso remittitur si magna sit earum copia.
- 21 Sola tamen rei raritas sufficiens non foret ad augendum rei alicujus pretium, sed usus etiam aliquis concurrere debet.
- 22 Si enim res maxime rara ex locis remotissimis adferatur, ea verò nullum habeat usum, pretio quoque carebit.
- 23 Talem autem <sup>hic</sup> intelligimus usum, quæ non modo juxta <sup>ve</sup> raritatem, sed etiam juxta hominum affectus æstimetur, quippe eandem <sup>hic</sup> operatur opinio quantum <sup>ve</sup> raritas, quemadmodum videre est in gemmis.
- 24 Quæcumque verò <sup>ve</sup> Ruffendorfius <sup>ve</sup> refert ad pretii intendendi causas, ea ad raritatem ultimò referuntur; nimirum subtilitas operis, aut elegantia, ejusdem difficultas, genus Artificis, hæc omnia ætimationem rei augent, quia rara sunt.
- 25 Atque hæc de Pretio in genere, et generalibus Pretii fundamentis.
- 26 Verum quoties de pretio rebus singularibus assignando agitur, alia quoque consideranda sunt,
- 27 Et 1º quidem, vel pretia rerum definienda sunt inter eos qui vivunt in statu naturali, vel inter eos qui in civitate vitam agunt.
- 28 In statu itaque naturali, 1º Pretia rerum voluntate cujusque generaliter definiuntur, unusquisque enim in statu naturali rerum et Operarum suarum legitimus est et summus moderator.

in re

94

31. *peculiares quo non iusunt in altero: potius enim premium  
rei cui dam debent quia nobis aliquid iudicium in  
memoriam revocat; amicum, amicum*

32. *Nata v.g. inter istas patentes*

**BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE**

36. *de aqua non facta, Paris, album, butyrum, et laxantur.*

*diatorum operd*



- 110
- 29 Verum tamen hęc pretii imponendi libertas nimirum <sup>ex</sup> extendenda non est, sed socialitati debet attemperari: hinc 2<sup>o</sup> Ratio suadet, ut pretii impositio et definitio fiat juxta usum verum, ac necessarium, licitum ac honestum, non verò ratione usus vani, inanis, inhonesti.
- 30 3<sup>o</sup> In definiendo rerum et actionum pretio, Communi hominum-judicio unusquisque se accommodare debet; nisi enim hoc fieret, adversus præceptum de naturali æqualitate, custodiendâ peccaretur, quæ æqualitas basis est et fundamentum Commercioꝝ.
- 31 Quod tamen ita limitandum est, nisi juxta quoddam ad interpretii affectionis causâ, si nimirum peculiares adint circumstantiæ ob quas et alii res suas pluri æstimare consueverint.
- 32 4<sup>o</sup> Scilicet et hoc Observandum, humanitatem id omninò exigere, ne necessitate in quâ alter positus est abutatur ad augendum præter modum rerum naturalium pretium. Hoc de Pretio in statu Naturali.
- BIBLIOTHÈQUE  
DE GENEVE  
- VI.
- 33 Sed verò in Civitatibus duplex est pretii determinandi ratio, duplex quoque pretium inde exurgit, Unum scilicet legitimum seu legale, Rætitium alterum seu Conventionale.
- 34 Pretium legitimum est illud quod ab Imperantis seu Legis-definitione proficiscitur.
- 35 Rætitium verò, seu Conventionale, illud est quod pendet à voluntate Contractentium.
- 36 Imperans autem earum rerum pretium definire solet, quæ ad vitam præsertim necessaria sunt, quæque sunt usus quotidiani: plurimum enim refert, ut æquabilis harum rerum dispositio fiat.
- 37 Porro, quoniam Lex Homini libertatem naturalem, adeò circum-ciribit, ut quæ sunt adversus Leges neminem facere posse præsumatur,

40. latitudo ita ut in E. V. naturaliter liceat contrahentibus  
se se invicem circumvenire  
extend. novest hinc L. Civ. lacionem ultra dimidiam  
vindicant.

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENEVE  
42. operarum ordinariarum non extraordinarum

45. has v. g. oes circumstantias prouideret iudex apud  
quem ageretur ex L. 2. C. de A. Vend.

hinc adparet Pretii legitimi nullam esse latitudinem, sed illud <sup>121</sup>  
velut in puncto subistere, adeò ut vel minimus excessus negotium  
faciat nullum, aut saltem vitiet.

38 Pretium verò Conventionale, quoniam à voluntate Paciscentium  
dependet, aliquam habet latitudinem, juxta quam plus minusve  
exigi potest vel dari.

39 Si enim, pretio legitimo omnia in Civitates estimarentur, nullus  
labori et industriae superfuisset locus.

40 Quamvis autem aliqua adrit in pretio conventionali latitudo,  
eaque à voluntate dependeat, nihilominus tamen illa latitudo  
nimis extendenda non est, sed juxta certas Regulas, et in genere  
juxta Socialitatis legem, latitudo illa adtemperari debet.

41 Ad fundamenta itaque <sup>VII.</sup> antea relata, ad Usum nempe rei, ejus-  
demque raritatem, hic respiciendum est, et ad omnes circumstantias  
quae ad ea fundamenta colligantur.

42 Et 1º quidem, Ratio habenda est operarum mercatoris, ejusdemque  
impensarum in mercibus adportandis, aut aervoandis.

43 2º Utrum mercator aervoatim vendat, aut minutim res singulas.

44 3º Utrum paucitas aut abundantia adrit pecuniae, an mercium,  
vendentium an imentium.

45 4º denique utrum quis paratam adferat pecuniam, an in certum  
diem solutionem differat, cum etiam dies sit quoddam pars pretii.

46 In dictis itaque sequitur, Pretium legale à Conventionali potissima  
differre in duobus, 1º Ratione certitudinis; illud enim in puncto  
veluti constat; hoc verò aliquam habet latitudinem.

47 2º Ratione durationis; Pretium enim legale regulariter est  
constans, Conventionale verò inconstans est, ac ipsius rei variationes  
perpetuo sequitur.

- 51. 1° alic. pretii ut recipere ab oibus
- 2° durare ne possessores paulatim redderentur pauperiores
- 3° ut facile in commerciis seruetur aequalitas.
- 4° ut in quibus locum facile transferri possent.

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

56. quæ variat adeo qd. pretium met allovam ad se invicem  
identidem debet intendi vel minui.

57. si cuius nummus nostris pretiam justo majas Italimus  
aut exteri quid commercii nobis cum habere dubitaverit,  
aut merciam suarum pretia intendent. Si minore  
pretio nummos nostros expendimus quam gentes vicinæ, tunc  
probi nostri nummi ad vicinos migrabunt, eorumq. loco  
jactentur improbi aviliores ut nemo nesciat quantum  
habeat.

- 48 Restat nunc ut de Pretio Virtuali, seu illo quod Nummis tribuitur, verba faciamus.
- 49 Itaque postquam Gentes à primavâ simplicitate descivere, ut commodior et amplior esset vitæ cultura, visum est Pretium aliquod Virtuale, seu Eminens certæ rei imponere, cuius opes ceterarum rerum proprias et intrinsecas pretia mensurari et inter se exæquari possent.
- 50 Quenam autem requirita habere deberet illa materia cui Pretium virtuale erat imponendum, facile patet.
- 51 Scilicet 1<sup>o</sup> Res illa debebat esse alicujus pretii. 2<sup>o</sup> Substantia valde compacta, quò durare posset. 3<sup>o</sup> facile in partes minutas dividi. 4<sup>o</sup> Custodiæ ac tractationi habilis.
- 52 Quæ omnia requirita in Metallis Nobilioribus reperiuntur, ad eòq hæc Agentibus hunc in usum merito adhibita sunt.
- 53 Cum autem, <sup>ix</sup>valor Nummi mensurasset omnium aliarum rerum quæ in commercium veniunt, mensura autem hæc quoad omnes in Civitate equalis esse deberet, hinc Imperanti tributum est, ut valorem Nummi ejusdemque pretium virtuale definiret.
- 54 Inde est quòd publica signa nummis soleant imprimi, quo scilicet de eorum valore et quantitate constat.
- 55 Verum tamen in pretio Nummi definiendo Imperans ad certas Regulas ad salutem publicam, facientes attendere debet.
- 56 Et 1<sup>o</sup> quidem ad Pretium metallorum proprium et intrinsecum, ut enim ab Argento, hoc vicissim ab Auro nobilitate vincitur, certa igitur hic observanda est proportio.
- 57 2<sup>o</sup> In imponendo Nummi valore, non modò Civium, sed et Extrorum, quibus cum Commercium tractantur, habenda est ratio.
- 58 3<sup>o</sup> Metallum Quantitas et bonitas in unoquoque nummo rite esse attendenda. (ne decipiantur possessores.)

18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
44  
45  
46  
47  
48  
49  
50  
51  
52  
53  
54  
55  
56  
57  
58  
59  
60  
61  
62  
63  
64  
65  
66  
67  
68  
69  
70  
71  
72  
73  
74  
75  
76  
77  
78  
79  
80  
81  
82  
83  
84  
85  
86  
87  
88  
89  
90  
91  
92  
93  
94  
95  
96  
97  
98  
99  
100

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

- 123
- 59 4<sup>o</sup> quamvis virtuale Nummi Pretium omnino pendeat à voluntate Imperantis, non debet tamen Nummi valor temerè et sine justà causâ mutari, sed tunc demum si Summa Reipublica necessitas id suadeat.
- 60 Hæc enim monetae mutatio multa secum trahit incommoda, præsertim si ad Extraneos quibuscumque commercia vigent respiciamus.
- 61 De Hominum Officiis circa pretii impositionem sequentia observanda sunt.
- 62 Id exigit à nobis Lex Naturæ, ne ergà Proximum inhumaniter nos geramus, aut illum positivè lædamus.
- 63 Hinc rebus quibus alii indigent nimis magnum pretium non est statuendum.
- 64 Præterea materiae qualitas et quantitas, cujus intuitu illa pretium habet, non est immutanda aut adulteranda.
- 65 Denique rerum quotidianarum raritas, non debet effici.

1-3. Hoffendorffius discrimen aliquod commentus est inter  
facta & contractus, illa inquit ait de rebus quae non habent  
pretium adeoq. nec in commerciis sunt; hos de rebus certo  
pretio aestimabilibus et in commercio constitutis e.g.  
Sponsalia sunt pactum quia sponsa nec pretio sit  
aestimabilis, nec in commerciis; contra E. est contractus  
quia pretium interuenit et nihil vendi potest quod non  
sit in commercio. Jam potuit quidem admitti hoc  
discrimen, cui libet enim liberum est vocabula suo ar-  
bitrio definire; sed hoc discrimen mihi reale non uidetur  
sive in iuris paciscais sive contrahas, sive pretium inter-  
ueniat sive non, idem est effectus, puta, pacta sicut ac  
contractus seruari oportere, quae uero effecti non differunt  
neque plane differre non uidentur. Neque ergo fixum atq.  
firmum iure natura inter pacta & cont. nullam esse diffe-  
rentiam.

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

8. negotia possibilia, honesta.

ipso requis hinc differt. Mandat. à Negot. gestore  
gratis hinc differt à Locatore operarum.



Caput Decimum Quintum.

De Contractibus qui pretia rerum supponunt,  
et inde fluentibus officiis.

luff. §. 1.

§1 Quaecunque generalem et communem Ractorum seu Conventio-  
-tionum naturam spectant, ea fere latius jam explicuimus ubi  
de fide seruanda tractauimus.

2 Hic duntaxat obseruandum est, nullum esse de Iure naturali  
Pactum inter et Contractum discrimen; imò uerò Contractus, Pactum,  
Conuentio, synonyma sunt, et promiscue usurpantur, nullis omnibus  
subtilitatibus quas Ius Romanum introduxerat.

3 Omnibus enim aequè competit Pacti definitio, quod scilicet sit  
Consensus duorum, uel plurium de re aliqua danda uel  
-facienda.

4 Diuersimode Contractus diuidi possunt; uerum cauendum est ne  
divisiones Contractuum, quae sunt Iuris Romani cum illis quae  
-reuerà sunt Naturales promiscue proponantur.

§. 2.

5 Praecipua Contractuum diuisio est quod alii sint Benefici, alii  
uero Onerosi.

6 Contractus Benefici illi sunt qui alteri Contrahentium, gratis  
adferunt aliquod commodum; Onerosi uero, qui utramque partes  
ad aequale onus adstringunt.

7 Plures esse queunt Contractuum Beneficorum species; at  
praecipui sunt Mandatum, Commodatum, Depositem, Donatio.

8 Mandatum est Contractus, quo quis alterius negotia, ipso  
-requirente, et committente, gratis expedienda suscipit.

9 In humanitate et amicitia oreum trahit iste Contractus,

De Mandatis quae sunt in rebus et in personis

10. Nemo mandat nisi amico, nec mandatum quis suscipit nisi amicus, hinc suspensissimum spem amici in nobis positam destituere; hinc. Rom. contractum hanc famo sum habuere.

11. Mandatum si datur mandatum tuum exsequor a latro- nibus fuerim spoliatus, et negari, ego arbiter et

12. Rom. haec non imputatur. Perum lege Nat. aliter pronuntiandum, si enim ad hoc ut mandatum exsequeretur Mandatarus iter suscepit quod aliter suscep-

13. Mandatum est indefinitum et definitum. Definitum non est si datur a Mandatario quod non numerata.

14. si rem omnem praedictam a fidei Mandatariis reliquit.

15. Mandatum est indefinitum et definitum. Definitum non est si datur a Mandatario quod non numerata.

16. si rem omnem praedictam a fidei Mandatariis reliquit.

17. Mandatum est indefinitum et definitum. Definitum non est si datur a Mandatario quod non numerata.

18. Mandatum est indefinitum et definitum. Definitum non est si datur a Mandatario quod non numerata.

19. Mandatum est indefinitum et definitum. Definitum non est si datur a Mandatario quod non numerata.

20. Mandatum est indefinitum et definitum. Definitum non est si datur a Mandatario quod non numerata.

21. Mandatum est indefinitum et definitum. Definitum non est si datur a Mandatario quod non numerata.

Simulque ex necessitate; Non enim possumus omnia per nosmet ipsos agere, ad eoque postulabat humanitas ut quibus in rebus ipsi interesse non possumus, amicorum operam uti liceret; atque hinc etiam oritur quod Mandatum inter Contractus beneficorum adnumeratum est.

- 50 Mandatarii officium est negotium sibi commissum ex fide gerere, et ad hoc omnem adhibere diligentiam.
- 51 Mandans vero damnum et imperia resarcire debet: ad damnum tamen fortuitum quod occasione mandati Mandatarius accepit, Mandans non est obligatus.
- 52 Potestas Mandatarii in hoc Contractu à voluntate Mandantis omnino pendet, eaque ita circumscribitur ut fines mandati Mandatarius transilire nequeat.
- 53 Hinc quoque provenit quod de perimodi contrahatur Mandatum, pro diversis se gradibus potestati Mandatario concessa.

BIBLIOTHEQUE DE GENEVE

IV.

- 54 Commodatum est Contractus de usu rei alicujus gratis concedendo, et re illa, præfinito tempore restituenda.
- 55 Commodatarii officium hinc partibus constat, 1º ut re commodatam bonam fide utatur, nec eam ad alios usus adhibeat præter eos ad quos à Commodante ei concessa est. 2º ut finito usu, vel elapso tempore, rem restituat illam, nisi tamen quantum per ordinarium usum legitimum unum eidem decessit, hoc quippe Commodans gratis concessisse intelligitur. 3º de casu fortuito non tenetur Commodatarius, nisi pactum, culpa, vel negligentia accesserit.
- 56 Vice versa tenetur Commodans, 1º ad rem promissam in usum gratuitum concedendam. 2º eandem per tempus præfinitum

*[Faint, mirrored text from the reverse side of the page, likely bleed-through or a watermark. The text is largely illegible due to fading and orientation.]*

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

Commodataris relinqueat, nisi tamen ipse Commodans res commodatam  
egere incipiat ex casu aliquo non previsto. 116

.V.

- 57 Depositarium est Contractus de re aliqua in gratuitam custodiam  
accipiendam, eademque ad libitum Deponentis restituendam.
- 58 Depositarii Officium hisce partibus absolvitur, 1<sup>o</sup> Rem debet in  
custodiam accipere, vel saltem tempore Contractui renuntiare.  
2<sup>o</sup> Rem acceptam probe et ad modum boni Patris custodire debet.  
3<sup>o</sup> Non debet eam ad usus suos adhibere. 4<sup>o</sup> Damnum culpa sua  
vel dolo datum debet prestare. 5<sup>o</sup> denique debet rem depositam,  
quandocumque Deponens eam petierit, restituere, nisi tamen aliud sua-  
deat vel ipsius Deponentis, vel Reip. utilitas.
- 59 Deponens vero sumtus in rem depositam factor restituere debet  
Depositario. *Hæc de Contractibus Beneficis.*

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

De Contractibus Onerosis.

§. 3.

- 1 In omnibus Contractibus Onerosis hoc expostulat Lex Naturalis,  
nimirum, ut in eis observetur ex utraque parte æqualitas, eam vero  
deficiente, læsio emendetur.
- 2 In eo autem consistit æqualitas quam commendamus, ut uterque  
Contractentium tantundem recipiat ab altero quantum ipse dedit.
- 3 Ut igitur æqualitas illa, quantum vitæ civilis indoles eam  
admittit, observari queat, Lex Naturalis insuper requirit ut rerum  
circa quos contrahitur vitia et virtutes indicentur.
- 4 Nisi enim res unà cum qualitatibus suis noscatur, de eisdem  
pretio, ac proinde de observatâ aut violatâ æqualitate, constare  
non potest: Qui enim vult finem, procul dubio vult etiam medios

11-13. Docet hinc author quod in Theoria verum sit, oem lationem  
seu in aequal. ex ppiis iustitias emendandam esse, verum  
monet in republica & praxi non posse observari quia 1.  
verum pretium plebunq. non lege sed conventionione defi-  
niri, pretium autem convent. in puncto non consistit  
itaq. admodum est illiquida illa latio de qua contrahen-  
tiam alteruter conqueritur. 2. quod interit seip. ne  
lites in infinitum gliscant, quod eveniret si ob lationem  
minimam actio daretur. Leges itaq. Civ. (impr. l. 2. C. de l. v.  
definiunt tum demum actioni locum fore si alter  
latus sit enormiter i. e. ultra dimidiam.

5<sup>o</sup> Vitia itaque quae rem ipsam proprie contingunt indicare jubet  
Lex Naturalis, v.g. si domus sit pestilens.

6<sup>o</sup> Verum quaeritur, an et alia vitia, et circumstantiae quae extra  
rei substantiam positae sunt, quae tamen ad illius rei estimationem  
quid facere possunt, manifestare teneamur?

7<sup>o</sup> Resp. negativè; aequitas hoc tantum suadere videtur, ut ea mani-  
festentur vitia quae rem ipsam contingunt: externa vero vitia quae  
oriuntur ex circumstantiis extra rem positis nihil faciunt ad rem ipsam.

8<sup>o</sup> Si v.g. Mercator magnam copiam frumenti tempore inediae  
afferat, et sciat plures esse Mercatores magnam frumenti quantitatem  
paulo post advekturos, id declarare non tenetur.

9<sup>o</sup> Vitia quoque rei Emptori jam cognita dici minime attinet; scientia  
enim utrinque par pares quoque facit Contractentes.

10<sup>o</sup> Sic v.g. si Titius Mevio vendat aedes quas ab eodem Mevio paucis  
ante annis emerat, nec earum adium vitia, servitutes puta, declaret,  
adversus aequalitatem in Contractibus requiritam Mevius non  
peccabit.

VIII.

5.11. 11<sup>o</sup> In dictis spontè sequitur, quod si ex violatâ aequalitate lesio quae-  
dam emergat, ea illicò reparanda sit: quod eòque procedit, ut etiam si  
sine culpâ Contractentium, sed ex mero errore vel ignorantia lesio  
proveniat, ea nihilo minus reparanda sit.

12<sup>o</sup> Verum tamen quod de reparandâ lesione dicimus, ita non est  
intelligendum quasi ob quamlibet inequalitatem illicò contractus  
rescindendi deberet, si alter Contractentium eam reparare nolit; in dolo  
enim negotiorum humanorum non patitur ut proportio omninò  
accurata hic constituantur.

13<sup>o</sup> Imò verò Commerciorum Ratio exigit, ut aliqua sit pretii rerum  
latitudo, adeò ut absque lesione aequalitatis plurius minorive liceat  
res suas aestimare; aliàs enim industriae nullus esset locus.

16. Duplex est Permut. genus. Alia Simplex; alia cum E. & V. conjuncta.  
Simplex quando absolute res pro re datur sine previa Estimati-  
one: Dabo equum, dabis par boum. Cum E. & V. conjuncta cum  
singuli primum res suas suo pretio estimant ac deinde  
loco pecunie merces commutant. Hanc Itali vocant barat-  
tare et in mundanis apud mercatores exerceri solet, cum quis  
pannum 100 aureorum mutat cum sericis ejusdem valoris.  
Circum Permut. Simp. regula est. Ea fit per avertionem adeoq. nen-  
ter de lacione conueniri potest modo nihil dolo factum sit.  
In permut. poster. generis eadem sunt jura ac in E. & V. adeoq.  
lacio quavis est emendanda. In utroq. contractu res  
ante traditionem iuncto contrahentium sunt periculo  
hinc casus fort. a neutro praestandas.

17. Simile jus. Seruicus, jus venandi etc.

20. per aers. vel quando multa res disparis pretii non sigil-  
latim estimata sed conjunctim & veluti confusa ta-  
xata emuntur. E.g. omnia mobilia quae domum suam  
instrument: vel quando una res absq. mensura emitur  
cum alias res hujus generis ad mensuram vendi  
soleant. e.g. ager, vinea.

22. Jure Nat. solus consensus perfectus de re vendenda trans-  
fert Doctum, absq. traditio. Jure Civ. Emptor non est dominus  
ante traditionem & tamen, uti dicitur, a momento inhi  
contractus periculum spectat Emptorem etiam ante  
traditionem.



IX.

§. 8.

- 54 Inter Contractus onerosos primum locum occupat Permutatio; antiquissimis enim temporibus antequam inventam pecuniam commercia per solam rerum commutationem exercebantur.
- 55 Permutatio defini potest, Contractus de re pro alia equivalente habenda.
- 56 Officia Permutantium sunt ut res promissas prestent, et voluntaria damna resarciant.

X.

§. 9.

- 57 Emptio - Venditio est Contractus quo pro certa pecunie summa alicujus rei dominium, aut simile jus acquiritur.
- 58 Statim atque de re aliqua certo pretio tradenda inter Partes convenit Emptio - Venditio perfecta est, adeo ut venditor rem tradere, Emptor vero pretium solvere teneatur.
- 59 Multiplex datur emendi vendendiue modus, ex quo variae quoque species emtionis. venditionis resultant.
- 60 Emptio enim vel fit per querrionem en bloc, vel rerum singularum, en detail.
- 61 Vel etiam Emptio ita fit ut merx statim tradatur, simul et solvatur pretium; vel merx tradatur quidem, pretii vero solutio in tempus aliquod differatur.
- 62 Officia Emptoris et Venditoris quod spectat, illa eadem sunt quae Permutantium; In genere legibus contractus accurate statidum est; inito vero Contractus fortuitum rei periculum ad Emptorem pertinet, quippe qui Dominus est.

XI.

§. 10.

- 23 Sequitur Locatio - Conductio, quae nihil aliud est quam Contractus ille quo convenit de usu rei, vel operis, pro certa mercede habendo.
- 24 Duplex itaque est locatio - conductio, scilicet vel rerum, vel operarum.
- 25 Officia praesertim haec sunt. Conductor tantum mercedis dare tenetur quantum se daturum promisit: si vero merces non fuerit definita, ad

30. De usurarum licentiâ dubitatum non fuisse nisi, si fecum  
fecisset jus Pontif. eas prohibens, sed perperam. - Denim in  
legitimo earum usu nihil est quod ab hôte sapiente cas-  
figari possit; si enim lucrum facias ex meâ pecuniâ, cur  
à ratione alienum est te usuras mihi prestare? tam  
enim me mihi quam me tibi natura commendat, si ergo  
utilitati meâ serviam absq; injuriâ tuâ res bene te  
habet, id autem futurum est si meâ pecuniâ sub usuris  
utaris, quippe consequeris lucrum quod sine eâ non fe-  
cisses, ego verò ad pensandum illum usum aliquid  
consequor. Rem clarâ et certâ clariorâ et certi-  
orâ faciet comparatiô usûs pecuniæ frugumq; cum  
usu adium aut fundi, sicut enim horum usus aut gra-  
tis aut pro mercede datur, sic nihil impedit quominus  
pecuniâ aut frugum usus gratis aut pro mercede dehor-  
quod si enim ex domo meâ pensionem quid ni ex pecuniâ  
usuras potero percipere propriis cum foenore carere  
nequeat commercium et ipsorum debitorum interit  
admitti usuras sine quibus creditores non reperirent,  
oxidipnem comprobavit olim experientia; cum enim  
Basiliâs. Naudò usuras olim prohibuisset, earumdem  
licentiâ revocare coactus fuit Leo Philosophus, legemq;  
Patris sui abrogare, propterea quod humana natura  
eò non potuit ascendere, ut qui prius sub usurarum  
specie pecuniâ mutuâ dabant postea gratis eam  
concederent. Quin et apud Pontificios et usuras pro-  
hibentes variis artibus eluduntur.

33. nisi Societas sit Leonina

34. ejus, quod intellig. novitum de pecuniâ collatâ sed et de operâ

Usum Communem recurrendum est.

26<sup>o</sup> Locans vicissim prestare tenetur ut res quam locat usum cui -  
destinata est praebeere possit: Conductor vero re illa ad modum boni Patri-  
uti debet, eandem, finito tempore restituere, Damnaq voluntaria reparare.

XII.

§. 11.

27 Mutuum est Contractus quo alter alteri rem fungibilem eâ lege dat, ut  
Accipiens post intervallum temporis certi dem, genis restituat in eadem  
quantitate et qualitate.

28 Res fungibiles illae dicuntur quae functionem recipiunt, dum aliae aliarum  
vices funguntur; talia sunt eos omnia quae adnumerantur, ponderantur, vel  
mensurantur.

29 Mutuum duplici ratione fieri solet, vel gratis, vel sub usurarum conditi-  
-one.

30 Cum enim ille qui pecuniam suam mutuo dat usum illius et utilitatem  
amittat, nonne equum est ut il qui pecuniam et pecuniae fructus suos -  
facit, quiq; revera, lucratur, reparat quodammodo damnum quod Creditori  
ex mutuo contingit.

XIII.

§. 12.

31 Societas est Contractus de rebus vel operis in Commune conferendis, ut -  
lucrum et damnum inter conferentes dividatur.

32 Quoad divisionem lucri et damni inter socios, observandae sunt Regulae  
Sequentes.

33 1<sup>a</sup> Legibus Contractus, si quaedam expressè intervenierint, standum est.

34 11<sup>a</sup> Si nihil inter socios expressè definitum fuerit, pro ratione ejus quod  
quisque contulit, damnum et lucrum dividendum est.

35 Hinc 3<sup>o</sup> si omnes aequalem contulerint pecuniae quantitatem, singulorum  
partes et in lucro et in damno erunt aequales.

36 1V<sup>a</sup> ubi vero inaequalem contulerint pecuniae quantitatem, socii, eorum  
quilibet pro rata parte, damni aut lucri partem ferent.

39. incho per solum consensum, tunc enim quisq. tenetur in  
commune conferre res aut operas promissas.  
consummata, constante Societ. quomodo lucrum & damnum  
dividi debeat indicavit auctor.

Soluta, dissoluta Soc. rerum comun. Separatio ac restitutio  
fieri debet.

alios sed quomodo? an singuli socii pro parte; an unus-  
quisq. in solidum erga Creditores Societatis obligetur; docet  
Aris (v).

## BIBLIOTHÈQUE DE GENÈVE

4546. Sorti decisoria locus esse potest sive in pace, sive in bello;  
sive in pace sive inter Privatos, uti cum hereditas sorte inter  
Cohes. dividitur, sive seip. causa, uti cum sorte <sup>elig</sup> ~~dist~~ numerus  
Judices; numera distribuuntur <sup>in pona inffiguntur</sup> &c. In bello, veluti cum belli  
causa, vel sorti vel etiam certamini singulari decidendae com-  
mittitur. ~~non a plerisq. potest quod~~

48. Possum donare pure ergo xix anulum euentum; possum solus ergo  
multo magis plures poterunt donare recipere. b. f. Quod nra  
an valeat sponsio si anus e spon deuitus certam habeat scien-  
tiam facti controversi? Quid valere in modo dolus abiit.  
ergo non valeret si sciens ignorantiam suam affereret. si  
alio interrogante an sciat callide dissimularet &c

37 Denique, si de partibus lucri tantum, aut damni tantum inter socios<sup>130</sup> convenerit, expressum erit Regula omitti.

38 Sociorum officia ex fine illius Contractus, facile dignosci poterunt.

39 In genere officia Sociorum, vel ipsos socios respiciunt, et id quidem vel respectu Societatis initae, consummatae, aut solutae; vel respiciunt alios quibus ex fidei data obligantur, quosve ex eodem principio sibi obligant.

XIV

§. 13.

40 Denique, sunt etiam quoddam Contractuum species, qui ab eventu quodam fortuito pendunt, et hinc aliquid aleae continere dicuntur.

41 Hic pertinent, 1<sup>o</sup> Sortes decisorias, 2<sup>o</sup> Sponsiones, 3<sup>o</sup> ludorum varia genera.

42 Alea hic denotat incertum aliquem eventum, qui lucrum aut damnum, prout cesserit, nobis adferre potest.

43 Contractus itaque qui aleam continent consensum indefinitum utriusque Partis, et in quemlibet eventum, complectuntur.

44 Quamobrem, propter indefinitam hanc consentiendi rationem, nulla subest querendi causa, utcumque eventus ceciderit, modo tamen omnis dolus abicit.

XV

45 Sortes Decisorias est Actus ille, quo id, quod voluntate humanae pure decidi poterat, sub conditione incerti eventus determinatur. Sic. v.g. aliquando hereditas inter Coheredes dividitur.

46 Ceterum, ad Sortem Decisoriam Providentiae Divinae concursus, supponere superstitionum est, et stultum, cum praesumpti illius concursus nullam possit afferri ratio.

47 Hic quoque referri possunt Sponsiones; Sponsio autem nihil aliud est nisi Pactum quo, occasione contradictionis, duo pluresve, sententiae sua fiducia, sibi mutuo aliquid promittunt, illi censuram cuius assertioni eventus respondebit.

48 Huiusmodi Pacta Lex Naturalis non improbat, dummodo serio et bona fide ineantur, adeoque et in illis servanda est fides.

52. *Ludi cuius sunt conventiones quarum materia subest  
arbitrio contrahentium.*

VIX

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

VX

- 131
- XVI.
- 49 3<sup>o</sup> Hic, pertinent omnia ludorum genera, in quibus aliquo certatur pretio, quoque itidem plerumque involvunt conventionem, quae aliquid aleae continet.
- 50 Ludi distinguuntur in Ludos artium, fortunae, vel Mixtos.
- 51 Circa ludos prima quaestio est, An licitum sit ludere?
- 52 Resp. affirmativè, nullas enim subest ratio quae contrariam suadeat Sententiam.
- 53 Verum nimirum extendenda non est haec ludendi licentia; qui enim in praerudicium officiorum suorum maximam temporis partem in ludendo consumunt, illi manifestè adversus legem Naturalem peccant, non secus ac illi qui per ludos magnam patrimonii partem miserè deglutiunt.
- 54 Qui verò tales complectuntur vitia genus quo alea omninò se dedunt, in hoc adversus legem Naturalem peccant quod ex aliorum malo et damno propria capiunt commoda, juxta regulas astutiae, cum ex adverso Ratio id suadeat nimirum, ut non nisi cum utilitate aliorum, vel saltem in illarum propria quaeramus commoda, id enim suadet humane Societatis bonum.
- 55 Merito itaque Rectores Civitatum dispicere debent, quò usque ludis permittendi sint, nam se multa ex infinitis ludendi permissiones oriuntur incommoda.
- 56 In genere observandum est plus favoris habere debere ludos quò minus aleae et plus solertiae continent.
- 57 Ludentium denique officium quod attinet, ab omni dolo et fallacià ludentes abstinere debent; si verò licitè et bonà fide ludus peractus est, fides data servari debet, promissaque pecunia praestanda. Hic de Contractibus onerosis.

XVII.

- 58 Hic usque de Contractibus Principalibus, quique per se subsistunt; Superest nunc, ut de Ractis Accessoriis, quae nimirum Contractibus adjici-

59. vel est contr. quo quis alicuam oblig. ita in se suscipit ut Debitor  
p[ro]p[ri]alis maneat obligatus. Fidejussor ergo vices Debitoris subit  
casu exniente quo iste non solvit, ita tamen ut quod exoptat  
ipsi a Debitore p[ro]p[ri]ali refundi debeat.

60. obliganda et quidem vel ita ut res Creditori tradatur ut tunc  
est pignus; vel ita ut possessio rei remaneat penes Debitorem  
et Creditori jus duntaxat reale constituitur cum facultate  
eam distrahendi si Debitor non solvat, quale jus  
hypotheca nuncupatur.

2. solutio est praestatio ejus quod in obligatione est. Non interet  
quis solvat. non aliud pro alio solvendum. solv. jure tempore.

3. Non debet fieri per plura quod fieri potest per pauciora.

4. remiss. sive expressa, verbis. sive tacita quae ex facto colligitur v.g.  
redditione Chirographi.

5. ut tertii v.g. do[mi]ni directi includ. quod d[icitur] laud... Asp. in matim.

6. In recipr. contr. alter alteri promittit sub conditione tacita,  
praestabo. et ex parte sua praestitens, uno igitur non praestante  
alterius obligatio cessat.

7. solvam 100 sing. annis per decennium.

8. radicata e.g. promissio matrim. oblig. officialis ex — uti ex p[ar]te  
nat[ur]al[is] obligationes.  
in hered

9. Debo tibi 100: rogo te ut in mei locum Titium Debitorem  
accipias, Delegatio facta est si annuas.

Puff. cap.



- untur eorum confirmandorum, gratia verbum subjungamus.

59 Huius pertinet fidei iuratio et pignus. Fidei iuratio est Contractus quo aliquis in maiorem Creditoris securitatem obligationi alienae accedit.

60 Pignus vero est Contractus Accessorius de rei securitatem Creditoris obligandis inicitur.

XVIII.

De Modis quibus obligationes ex pactis ortae solvuntur.

Ruff. caps. XVI

§. 1. Inposita Ractorum natura sequitur nunc ut videamus de Modis quibus solvuntur obligationes ex pactis oriunda.

§. 1. 2 Et 1º quidem obligationes ex pactis ortae solvuntur expletiones ejus de quo conventum, seu solutiones.

§. 2. 3 2º Tollitur obligatio per Compensationem, quae est debiti ob aliud debitum reciprocum, sublatio ab eo tempore, quo utrumque existit.

§. 3. 4 3º Obligationes unilaterales tolluntur Condonatione debiti, seu remissione.


§. 4. 5 4º Reciprocae vero obligationes mutuo dissenso dissolvuntur, si arbitrio Obligatorum subint, neque agatur de utilitate tertii.

§. 5. 6 5º Si Contractentium alter perfidus sit, et à contractu resiliat, eum patet quod et Alteri quoque recedere liceat à Contractu.

§. 7. 7 6º Ipso quoque tempore expirant obligationes, si consensus non absolute, sed restrictè ad aliquod tempus datum sit.

§. 8. 8 7º Denique solvuntur Obligationes morte, si nimirum in alicujus personam radicatae sint; alia enim in heredibus defunctorum obligationes continuantur.

§. 9. 9 Saepè etiam obligatio non tollitur quidem, sed transfertur in alium, quod fit per Delegationem, quae nihil aliud est nisi Actus quo Creditori suo volenti alium Debitorem quis delegat, ut novam promissione debitum in se suscipiat. Atque hinc patet trium Remonantum consensum ad delegationem esse necessarium.



Puff. ca

Faint, mirrored handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is largely illegible due to its orientation and fading.

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

Hein. ad 5

Totius ob

- 1 Tres distinguenda sunt hujusmodi Capituli Partes Generales; 1<sup>o</sup> Generalia quaedam de Interpretatione, ejusque naturam exhibebit. 2<sup>a</sup> recenset varias ac praecipuas obscuritatis causas. 3<sup>a</sup> denique Conjecturarum fontes evolvit, variasque suppeditabit Regulas quarum ope obscura Legis aut Facti sententia potest explicari.
- 2 Frustrà enim Leges considerarentur, nisi ubi obscura apparent, interpretarentur, et ad varias hominum actiones applicarentur.
- 3 Ut itaque Interpretatio in genere, voluntatis alienae, dubiae vel obscurae, expositio.
- 4 Voluntas verò illa de qua hic agitur, vel superioris est, vel Pari; atque hinc interpretatio est vel legis, vel facti.
- 5 Leges verò vel Naturales sunt, vel Positivae: hinc alia est interpretatio legum naturalium, alia positivorum.
- 6 Interpretatio legum naturalium nihil aliud est nisi Mentis Humanae actus, quo veritatem et praecepta legis naturalis ex diligenti humanae naturae contemplatione explicat, juxta scilicet ea principia quae superius explicuimus.
- 7 Atque hinc patet legum Naturalium interpretationem regulariter perpetuis demonstrationibus constare, simul quaecunque de legibus naturalibus disseruimus ad eas interpretandas sufficere.
- 8 Quae igitur hoc Capite trademus, 1<sup>o</sup> pertinent ad interpretationem legum Positivarum et Factorum.
- 9 Interpretatio de qua agitur, est voluntatis legislatoris aut Facientium verbis aut factis declarata, sed tamen dubiae vel obscurae, per plerumque probabiles Conjecturas juxta legislatoris aut Facientium mentem, facta expositio.

Hein. ad §. 1<sup>o</sup>

§. 1.

Titius ibid.

1172. 1173.

1174. 1175.

Faint, mostly illegible handwritten text in a medieval script, possibly Gothic or similar, covering the majority of the page. The text is arranged in several columns and appears to be a list or index of some kind.

BIBLIOTHÈQUE DE GENÈVE

- 174
- 50 Cum enim in omnibus legibus et factis certa adhibeantur ad voluntatem declarandam signa, signa verò in diversis quandoque sensus possint accipi, hinc maximopere necessarium est certas nosse Regulas quibus obcuritas illas tollatur, et genuinus legum vel Conventionum sensus eruatur.
- 51 Præterea, cum quilibet ad ea duntaxat obligetur que voluit Legislator, ad que ipse per voluntatem propriam se obligare voluit, inde sequitur, Interpretationis Normam et Mensuram genuinam esse Mentem, seu intentionem, siò Legislatoris, siò ipsorum Quæsentium.
- 52 Quoniam verò de mente, seu intentione, Legislatoris aut Quæsentium non nisi per signa constare potest, hinc totius interpretationis Summa hæc erit, scilicet ut colligamus mentem Authoris ex signis maxime probabilibus.
- 53 Porro cum signa, ut dictum est, quibus mentem suam declarant homines sint verba, hinc primum de Interpretatione voluntatis per verba declarata erimus solliciti.
- 54 Verba autem sunt signa Cogitationum, atque hinc generalem hanc colligimus Regulam, nimirum verba menti, non verò mentem verbis esse adcommo'dandam.
- 55 Inprimis itaque de Mentis loquentis debemus esse solliciti; mens autem illa colligi debet ex aliis signis quàm in de quorum interpretatione agitur, puta vel ex ipsa negotii principalis natura, vel ex aliis circumstantiis illud concomitantibus.
- 56 Aliàs enim in vitio, ut circulum resolverentur Regule quas huc usque tradidimus, si nimirum ita acciperentur quasi mens Authoris ex illis ipsi signis colligi deberet de quibus dubium est.
- 57 Uno verbo, ex jam cognitiis, claris, atque perspicuis, ad incognita, obscura, aut ambigua huc progrediendum est.
- 9

10. In nomine domini Amen. Hic incipit liber primus...

...et de rebus et personis...

...et de rebus et personis...

...et de rebus et personis...

...et de rebus et personis...

...et de rebus et personis...

...et de rebus et personis...

...et de rebus et personis...

...et de rebus et personis...

BIBLIOTHÈQUE DE GENÈVE

De variis Obscuritatis Causis.

- 1 Verba circa quæ versatur Interpretatio, vel considerantur ut termini simplices, vel ut termini compositi, seu propositiones.
- 2 Facit autem sequi Compositio, ut verba alio plane sensu utantur quam si considerentur ut termini simplices.
- 3 Utraque autem Verba, Termini nimirum et Propositiones, vel vulgaria sunt seu Popularia, vel sunt Termini artis.
- 4 Utraque rursum vel perspicua sunt, vel obscura.
- 5 Obscura verba, vel laborant obscuritate quæ tolli potest, vel ita sunt obscura ut nemo possit intelligere quid loquens voluerit.
- 6 Prior obscuritas, Curabilis nempe, est hujus loci; frustra enim de obscuritate incurabili solliciti erimus.
- 7 Hæc ita præmissis, Sermonis Obscuritas variis ex causis oritur; in genere tamen, vel ob externum aliquod accidens contingit, vel ob internum verborum sensum.
- 8 Ob Externum aliquod accidens, 1º ex figurâ litterarum malè formata, 2º si Author in scribendo notis aut compendiis utatur, 3º si scriptura litteris, inductionibusve cancellata aut obscurata fuerit, 4º si librarius in transcribendis verbis erraverit, 5º denique, si scriptura quantumvis sanè et recta, solâ <sup>punctua</sup> interpretatione labore.
- 9 In iis autem et similibus obscuritatibus quamvis non parum adjuvent Regule mox tradendæ, tamen potissimum adjuventum ex naturali quâdam prudentiâ, et singulari dijudicandi <sup>acumine</sup> acubita repetendum. Unde et qui in hujusmodi interpretationibus feliciter succedunt, Critici dicuntur.
- 10 Regamus nunc ad illam obscuritatem, quæ ex interno verborum sensu legibus aut factis inesse potest.
- 11 Provenit autem hæc obscuritas, vel 1º ex eo quod loquens verba adhibuerit obsoleta, vel 2º verba noviter confecta, et quidem absque necessariâ.

De la nature des animaux (Suite)

1. Les animaux ont une sensibilité qui leur permet de sentir les douleurs et les plaisirs. Cette sensibilité est le fondement de leur existence et de leur mouvement.

2. Ils ont aussi une faculté de se nourrir et de se reproduire. C'est par ces deux facultés qu'ils se perpétuent et qu'ils se multiplient.

3. Les animaux ont une vie qui est une suite de sensations et de mouvements. Cette vie est réglée par des lois que la nature a établies.

4. Les animaux ont une intelligence qui leur permet de distinguer le bien du mal et de se conduire en conséquence. Cette intelligence est le fruit de l'éducation et de l'expérience.

5. Les animaux ont une âme qui est le principe de leur vie et de leur mouvement. Cette âme est immatérielle et incorruptible.

6. Les animaux ont une raison qui leur permet de réfléchir sur eux-mêmes et sur le monde qui les entoure. Cette raison est le fruit de la méditation et de la science.

7. Les animaux ont une volonté qui leur permet de choisir entre le bien et le mal. Cette volonté est le fruit de la liberté et de la responsabilité.

8. Les animaux ont une conscience qui leur permet de juger de leurs actions et de se repentir de leurs fautes. Cette conscience est le fruit de la réflexion et de la piété.

9. Les animaux ont une immortalité qui leur permet de vivre éternellement. Cette immortalité est le fruit de la grâce et de la charité.

10. Les animaux ont une gloire qui leur permet de se glorifier de leurs actions et de leur vie. Cette gloire est le fruit de la vertu et de la sainteté.

BIBLIOTHÈQUE DE GENÈVE



explicatione, vel 3<sup>o</sup> verba peregrina.

- 52 4<sup>o</sup> potissimum verò obscuritatem pariunt verba ambigua, quæ scilicet duas vel plures res significant.
- 53 Est etiam aliquando ambiguitas quæ ex nimia brevitate contingere potest, omittis illis quæ ad absolvendum sensum omnino erant necessaria.
- 54 Obscuritatem quoque parit sermo perplexus, cum se talis esse videtur in diversis ejusdem legis partibus pugnantia, ut quicquid verum ex duobus constituatur, id ex interpretatione falsum appareat.
- 55 U.g. Lex est, Raptae Raptoris mortem seligat, aut nuptias. Est verò qui duas rapuit virgines, quarum una mortem, altera nuptias seligit.
- 56 Hic quoque pertinet duarum orationum contrarietas, vel pugna, quæ obscuritatem quoque generat; sic u.g. Lex una est, Tyrannicida ponatur Statuas in foro. Altera, Ne Mulieris statua collocetur in foro. Mulier verò Tyrannum occidit.
- 57 Neque hæc sunt præcipue obscuritatis vel ambiguitatis causa, ad quas alia ferè omnes revocari possunt.

Parti Tertia.

De Fontibus Conjecturarum quibus utendum est ad  
Obscuritatem tollendam, et Regula bonæ Interpretationis  
indè deducendis.

- 1 Hic igitur præmissis, jam fontes Conjecturarum aperiendi sunt, ex quibus Regulas bonæ interpretationis enervare possimus.
- 2 Varii autem dantur Conjecturarum fontes. Præcipui sunt, 1<sup>o</sup> Substrata materia, le sujet dont il s'agit. 2<sup>o</sup> Communis et Usitatus Verborum Sensus. 3<sup>o</sup> ejusdem Authoris voluntas alibi clarè et perspicuè proposita. 4<sup>o</sup> effectus et consequentia. 5<sup>o</sup> loquentis affectio et conditio. 6<sup>o</sup> denique Ratio legis aut Racti.
- 3 Sæpè autem ad obscuritatem tollendam, plures possunt concurrere

Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

Le livre de la Bible  
de la Bible de la Bible  
de la Bible de la Bible

Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

157  
Conjecturarum fontes, tunc verò ad illam Conjecturam quæ proxima  
est recurrendum, quæque propiùs negotium attingit.

4 Hic ita præmissis, attendendum est ad negotium de quo vel legis-  
lator, vel facientes egerunt, ejusque naturam.

5.5. 5 Hinc iam hanc eliciamus Regulam, Verba, juxta naturam negotii,  
vel pro substratâ materiâ intelligenda veniunt.

6 Hujusce Regule Ratio est, quòd sc. illa qui loquitur præsumitur  
semper habuisse ob oculos materiam de quâ sermo institutus est,  
debòque ad materiam ipsam verborum sensus semper attemperari debet.

7 Ceterum hujusce Regule usus in omnibus obscuritatis speciebus sese  
exerit, imò verò hùc pleræque aliæ Conjecturæ, ut juxta substratam  
materiâ, fiat interpretatio.

8 Ita, si dubium sit an qui mecum loquitur Merx dicere voluerit,  
an Merces; Si de emtione sermo fuerit, prius; Si de locatione, posterius  
vocabulum erit intelligendum.

9 Hæc quoque Regula de substratâ materiâ ad votum Septæ et  
Agamemnonis applicari potest: Enimverò qui de Sacrificando loquitur,  
præsumitur intelligere materiam sacrificii doneam.

5.7. 10 11<sup>a</sup> Regula bonæ Interpretationis hæc est. Verba regulariter, et in  
dubio in significato proprio sunt intelligenda, i. e. eo quem ipsi  
imponit popularis usus.

11 Hujusce Regule Ratio est, quòd sc. obligantur Homines in negotiis  
Civilibus verba adhibere juxta vulgarem et communem significationem,  
quomobrem usitatus verborum sensus pro interpretationis fundamento  
merito haberi potest.

12 Stulto igitur perfidiae effugio veri sunt locvi, dum polliciti sunt se  
amicitiam cum Siculis tamdiù seroaturos, quamdiù terre huic pedibus  
insisterent, et imposita humeris capita gestarent; postea verò terram

Handwritten text in a cursive script, likely a list or index, covering the top half of the page. The text is mirrored across the gutter.

**BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE**

Handwritten text in a cursive script, likely a list or index, covering the bottom half of the page. The text is mirrored across the gutter.

158  
calcaementis injectam, et aliorum capite humeris impositis abiecerunt,  
quasi eo modo possent à promissione sese liberare.

- §. 3. 53 Superiori Regula valde affinis est hæc III<sup>a</sup>, nimirum, In vocabulis  
artium adhibenda est Peritorum definitio.
- 54 Sic v.g. quid sit Majestas, quid Parricidium, à Magistris Jurisprudentiæ  
repetendum est: etenim in terminis artis illa significatio pro usitatissimæ  
debet haberi, quam Artifices vel Periti iis imponerunt.
- 55 Pertinet etiam suo modo tertia hæc Regula ad primam desubstitatâ  
materiâ; quod enim aliquando vocabula non sensu populari, verum  
technico sint interpretanda, id inde est quod ipsa negotii natura id suadeat.
- 56 Sic v.g. Si de Venatione qui locutus de majore Urâ mentionem faciat,  
id de fero animali intelligendum est: Si vero Astronomus de majore Urâ  
meminerit, id de Constellatione erit accipiendum.
- 57 IV<sup>a</sup> Regula, quæ priorem limitat, hæc est. Si loquens artem aliquam  
ignoret, tunc facile circumstantiæ evidentiores alium sensum suadebunt  
præter sensum artis, ad quæ aliam portulabunt interpretationem.
- §. 7. 58 Alius fori Conjecturarum ad voluntatem dubiam, vel obscuram  
interpretandam deducitur ex antecedentibus orationis obscuræ, vel  
Consequentibus, quibus interjectæ semper attemperari debet.
- 59 Hinc vana hæc Regula elicitur, Obscuræ locutiones explicandæ  
sunt ex sermone ejusdem Authoris alibi de eadem materiâ agentis —  
planè et perspicuè expresso.
- 60 Sic v.g. si quis in Testamento Sempronio partem ædium tertiam  
legaverit, ac deinceps in Codicillis scripserit, Sempronio præter ædes legatâ  
do lego centum, verba illa de tertiâ ædium parte superius in Testamento  
expressâ intelligendæ erunt.
- 61 Ratio verò hujusmodi Regula hæc est, quod regulariter is qui loquitur  
presumatur sibi consentire, nisi tamen manifestò pateat eum mutasse  
sententiam.

Handwritten text in a cursive script, likely a list or index, with some lines starting with numbers like 11, 12, 13, 14, 15, 16, 17, 18, 19, 20, 21, 22, 23, 24, 25, 26, 27, 28, 29, 30, 31, 32, 33, 34, 35, 36, 37, 38, 39, 40, 41, 42, 43, 44, 45, 46, 47, 48, 49, 50, 51, 52, 53, 54, 55, 56, 57, 58, 59, 60, 61, 62, 63, 64, 65, 66, 67, 68, 69, 70, 71, 72, 73, 74, 75, 76, 77, 78, 79, 80, 81, 82, 83, 84, 85, 86, 87, 88, 89, 90, 91, 92, 93, 94, 95, 96, 97, 98, 99, 100.

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

Handwritten text in a cursive script, likely a list or index, with some lines starting with numbers like 11, 12, 13, 14, 15, 16, 17, 18, 19, 20, 21, 22, 23, 24, 25, 26, 27, 28, 29, 30, 31, 32, 33, 34, 35, 36, 37, 38, 39, 40, 41, 42, 43, 44, 45, 46, 47, 48, 49, 50, 51, 52, 53, 54, 55, 56, 57, 58, 59, 60, 61, 62, 63, 64, 65, 66, 67, 68, 69, 70, 71, 72, 73, 74, 75, 76, 77, 78, 79, 80, 81, 82, 83, 84, 85, 86, 87, 88, 89, 90, 91, 92, 93, 94, 95, 96, 97, 98, 99, 100.

- 22 Hinc igitur VI<sup>a</sup> nascitur Regula, priorem limitans, nimirum, si aliunde <sup>139</sup> manifestè pateat Authorem sententiam mutare, tunc unus locus ex altero non est interpretandus, sed quòd ultimum, placuit prævalere debet.
- 23 Ceterum hæc Regula, VI<sup>a</sup> de loco obscuro ex loco claro et perspicuo — interpretando ad quamcunque obscuritatis speciem applicari potest; Idem et de sequentibus regulis iudicium esto, quòd semel monuisse sat sit.
- 24 Aliis Conjecturarum fors ad voluntatem obscuram interpretandam petitur ex effectibus et Consequentis.
- 25 Quoties namque Sententia ad verbum simpliciter accepta, negotium efficiat nullum, aut absurdum, aliquem effectum involveret, toties à sensu qui primo intuitu sese offert paulò deflectendum est, ut vitetur nullitas aut absurditas.
- 26 Hinc VII<sup>a</sup> Regula, nimirum, Verba ita explicanda sunt ne careant effectus, aut negotium fiat nullum, aut denique effectus cum absurditate quadam sit conjunctus, quòd sit præsertim cum expositio pugnat cum Jure Divino aut Humano.
- 27 Hujus Regule Ratio est, quòd scilicet nemo mentis compos præsumatur absurda velle, aut iniqua, aut talia quæ negotium reddunt nullum.
- 28 U. g. Lex est quæ sub gravi poenâ prohibet alicui in plateâ sanguinem elicere; Chirurgus tamen alicui venam in medio foro secuit; nemo non videt absurdum fore, imò et iniquum, si propter verba legis purè accepta Chirurgus ille tanquam legis transgressor puniretur.
- 29 Porro, Quoniam Interpretatio nihil aliud est nisi voluntatis dubiæ vel obscuræ juxta mentem Authoris facta, expositio, sic magnum momentum ad hanc Authoris mentem intelligendam afferre potest Remota loquentis conditio, qualitas, aut affectio.
- 30 Undè VIII<sup>a</sup> Regula, sc. Verba Obscura ex affectione loquentis capiunt interpretationem.
- 31 Sic U. g. Si quis Sempronium heredem instituerit, plures verò sint —

22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
44  
45  
46  
47  
48  
49  
50  
51  
52  
53  
54  
55  
56  
57  
58  
59  
60  
61  
62  
63  
64  
65  
66  
67  
68  
69  
70  
71  
72  
73  
74  
75  
76  
77  
78  
79  
80  
81  
82  
83  
84  
85  
86  
87  
88  
89  
90  
91  
92  
93  
94  
95  
96  
97  
98  
99  
100

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

101  
102  
103  
104  
105  
106  
107  
108  
109  
110  
111  
112  
113  
114  
115  
116  
117  
118  
119  
120  
121  
122  
123  
124  
125  
126  
127  
128  
129  
130  
131  
132  
133  
134  
135  
136  
137  
138  
139  
140  
141  
142  
143  
144  
145  
146  
147  
148  
149  
150  
151  
152  
153  
154  
155  
156  
157  
158  
159  
160  
161  
162  
163  
164  
165  
166  
167  
168  
169  
170  
171  
172  
173  
174  
175  
176  
177  
178  
179  
180  
181  
182  
183  
184  
185  
186  
187  
188  
189  
190  
191  
192  
193  
194  
195  
196  
197  
198  
199  
200



Sempronii, ille Sempronius heres erit quem constat defuncto maxime <sup>140</sup>  
dilectum fuisse.

32 IX<sup>a</sup> Regulae precedenti valde affinis est haec, Saepius verba obscura non  
modo exponenda sunt secundum conditionem aut dignitatem personae quae  
loquitur, sed etiam juxta conditionem Personae ad quam sermo dirigitur.

33 Sic v.g. si quis dotem, puella promiserit, aut alicui alimenta reliquerit ut  
in Testamento, dos vel alimenta erunt determinanda, non modo secundum  
conditionem ejus cui haec relicta aut donata sunt, sed et juxta conditionem  
Promittentis.

§. 8. 34 Alius denique fons Conjecturarum, et quidem uberrimus, desumitur ex  
ratione legis aut pacti.

35 Hinc Generalem hanc et Primam efformamus Regulam, Illa legis aut  
Pacti interpretatio sequenda est, quae rationi legis aut pacti convenit;  
et ex adverso ea rejicienda interpretatio quae ab eadem ratione discrepat.

36 Sic v.g. si Princeps dixerit ob caritatem annonae prohibitam esse frumentum  
exportationem, Ratio legis ostendit non omnem exportationem esse veritam,  
sed eam duntaxat quae vendendi causa fit. Sic quoque in eodem casu  
si dubium sit an universa frumenti species, an vero triticum tantum aut  
aliud genus comprehendatur, Ratio legis ad hanc obscuritatem tollendam  
inservire poterit, prout nempe in omnibus vel saltem in quibusdam  
annonae caritatis <sup>qua</sup> Principem impulit ad legem condendam timeatur.

37 Quod ut melius intelligatur, Observandum Rationem legis duplici sensu  
urypari; Una est scilicet quae legi. latorem movit ad legem condendam, seu  
Causa impulsiva; Altera est id quod legi. lator legem condendo intendit,  
seu Causa finalis.

38 Cum autem causa legislatoris impulsiva à finali plerumque differat,  
imò quandoque ei opponatur, hinc sequitur ad utramque causam debere  
respici.

39 Hinc ita observatio, Ratio legis aut pacti, vel in ipso pacto aut lege, certa



reperitur, et tunc interpretatio nullam habet difficultatem; aut <sup>141 12</sup>  
legis, pactio, ratio latet, et non est expressa, et tunc Conjecturis opus  
est ad rationem legis eliciendam.

40 Quae Conjecturae vel ex Regulis quas huc usque tradidimus, vel praerentim?  
ex notitia occasionis et circumstantiarum in quibus lex lata est, deduci  
poterunt.

41 Hujus autem Regulae usus, de Ratione legis, ad omnes obscuritatis  
species, etiam applicari potest.

42 Quod vel maxime tunc usum habebis, si duplex sit vocis sensus, laxior  
unus, strictior alter.

43 Nunc v.g. si Princeps frumenti exportationem prohibuerit, sub voce  
frumenti, vel universae species frumentariae, vel saltem triticeum aut  
aliud genus comprehenditur, prout nempe in omnibus, vel saltem in  
quibusdam timetur annonae caritas quae Principem impulit ad legem  
condendam.

44 Propterea saepe etiam contingit, ut quamvis verba legis sint perspicua,  
aliqua tamen remaneat obscuritas, et dubitatio oriatur utrum scilicet  
ad quaedam species sub legum verbis vel comprehensas, vel non compre-  
hensas lex applicari et extendi debeat.

§. 10. 45 Ad hanc obscuritatem tollendam plurimum facit haec nostra de  
ratione legis Regula, unde colligimus, quod ubi eadem subest legis Ratio,  
quamvis verba legis careant, eadem esse debet Jurisprudencia.

46 Ratio hujusmodi Regulae manifestas est; Legislator nimirum sibi ipsi  
constare praesumi debet, quoties causa quae eum ad legem ferendam  
moverunt eadem in diversis casibus occurrunt, vel etiam quoties  
similium quae in uno casu sibi proposuit aliter nequit obtineri quam si  
lex ad similes casus extendatur, toties id velle conetur.

47 Quod ut melius intelligatur, et hoc insuper observandum est, se vel  
plures fuisse rationes quae Legislatorem moverunt ad legem ferendam,



vel una duntaxat.

142

- 48 Si plures fueres unius legis rationes, vel omnes Rationes ita aequè principales sunt ut ad eas aequè respexerit Legislator, vel ex eis una duntaxat ad obcuritatem tollendam primaria est, et efficax, Reliquae verò secundariae.
- 49 Priori casu, omnes legis rationes, etiam in eo casu ad quem extenditur concurrere debent, ut ad eum fieri possit legis extensio.
- 50 Secundo verò casu, si sc. ex rationibus quae Legislatorem moverunt una potissima sit et efficax, haec sola ratio ad legem extendendam est sufficiens, si modò quoadret ad casum, etiam si reliquae causae secundariae cesserent.
- 51 Sic v.g. si lex iubeat eum qui Patrem interfecit culco insui, insuandus etiam erit et ille qui Matrem occidit; Sic quoque, si pactum sit inter vicinos, populo, ne intra certum spatium liceat locum muris cingere, neque terreno aggere, cingi poterit, si sc. ratio prohibitionis fuerit ne locus iste ad vim arandum fieret idoneus.
- 52 Insignem quoque usum adfert interpretatio illa, quae fit iuxta legis rationem in diluendis cavillationibus et fraudibus illis quae ab hominibus solent excogitari ut leges eludant.
- 53 Sic v.g. si lex prohibeat pecuniam filios mutuo dare, foenerator verò det frumentum, pannum, aliasve merces, id in fraudem legis dicitur factum.
- 54 Item si Princeps vetet lanam exportare, ille in fraudem legis ageret qui exportaret oves. Atque haec de Extensiva Interpretatione.
- 55 Quomodo autem Ratio legis ubi eadem est in diversis casibus, fundamentum est interpretationis extensivae; ita etiam ubi eadem deficit ratio, verba legis quantumvis generalia nihilominus debent restringi.

21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
44  
45  
46  
47  
48  
49  
50  
51  
52  
53  
54  
55  
56  
57  
58  
59  
60  
61  
62  
63  
64  
65  
66  
67  
68  
69  
70  
71  
72  
73  
74  
75  
76  
77  
78  
79  
80  
81  
82  
83  
84  
85  
86  
87  
88  
89  
90  
91  
92  
93  
94  
95  
96  
97  
98  
99  
100

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

§. II

- 56 Hinc 1<sup>a</sup> nascitur Regula, nimirum, cessante legis ratione cessat ipsa legis dispositio. Quae Regula Restrictiva Interpretationis est fundamentum.
- 57 Hic autem regenda veniunt distinctiones illae quas superius circa Interpretationem Contentivam adhibuimus.
- 58 Scilicet distinguendum est, utrum unica fuerit legis pactiva ratio, an vero plures.
- 59 Si unica, tum ea cessante legem esse restringendam patet.
- 60 Ubi vero plures fuerint legis rationes, aut omnes illae quae sunt principales, et necessariae; et tunc una earum deficiente restringenda venit interpretatio.
- 61 Si vero quaedam ex secundariis legis rationibus cessent, si modo principalis ratio adhuc subsistat, legi restringenda nondum est locus.
- 62 Exemplum interpretationis Restrictivae hoc est. Lex est, qui propter tempestatem navem dereliquerunt, omnia perdant, navisque in adju- dicatur qui in navi remanserunt. Magnitudine tempestatis omnes navem dereliquerunt praeter unum aegrotum qui ob morbum extremum potuit. Fortè fortunà navis ad portum pervenit incolumis, aegrotus eam sibi adjudicari petit, Dominus navis vero eam sibi restitui postulat.
- 63 Hujusmodi legis ratio procul dubio fuit, ut qui ob navem servandam vitam periculo exponeret aliquo gauderet premio: Quae ratio cadere non potuit in aegrotum, quippe qui neque servanda navis gratia mansit in navi, neque ad eam servandam quidquam contulit; erat itaque hoc in casu principalis Ratio legis, adeoque lex ad eam illum nequit porrigi.
- 64 Verum, praeter hanc Regulam quae ex cessante ratione legis deducitur, Regulas superius traditas admittit quoque Restrictivam Interpretationem, puta de subsistat materia, de effectibus, et consequentiis, etc.

Prima Partis Finis.







BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE



BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE

Burlam.  
ius Natur.

Bibliothèque  
de Genève


Ms  
Cramer

172


BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE



BIBLIOTHÈQUE  
DE GENÈVE



MICROCOPY RESOLUTION TEST CHART  
T-10



ISO RESOLUTION TEST CHART NO. 2

APPLIED  
IMAGE  
Inc

1653 East Main Street  
Rochester, NY 14609 USA  
Voice: (585) 482-0300  
Fax: (585) 288-5989  
www.appliedimage.com

© 1993, 2005, APPLIED IMAGE, Inc., All Rights Reserved Rev. 1.06

